











~~22.37~~ III. 13. D.
14065

40









SPECIMEN.
ARCHONTOLOGIÆ.
CARINTHIÆ.

CONSCRIPTVM.

A B.

ERASMO. FRÖLICH.

SOC. IESV. SACERD.



VIENNÆ. PRAGÆ. ET TERGESTI.

TYPIS. IOANNIS. THOMÆ. TRATTNER. CÆS. REG. MAIEST. AVLÆ.
TYPOGRAPHI. ET. BIBLIOPOLÆ.

M. D C C. L V I I I.

ARCHONTOLOGIA
CARINTIA
CONCRIPTUM
EAMONTRIUM
SOC. IESU SACERD.



AVINNE PRAGE ET TREGESTI

10 VNISS TROMONT TRATTELLA C. 1000 M. 1000 A. 1000

M D C Q F A T I I

IN=030005037



HNC. DVX. IVRA. BE.DIT. CARINIS. COMES. INDE. PALATI.

A D
L E C T O R E M.



Archontologiæ Carinthiæ, id est, succeſſionis ac seriei Principum ejus, ſpecimen aliquod in præſenti TIBI L. B. offerimus, nequaquam Historiam, aut Annales rerum omnium in Carinthia geſtarum. Principum porro nomine non modo iſthic veniunt Duces

ipſi, ſive Archiduces Carinthiæ, verum etiam Marchiones Iſtriæ, Aquilejæ, Veronæ, Styriæ, atque Domini ſive Marchiones Carniolæ, ac demum Comites Palatini Carinthiæ, quorum omnium cum Carinthiæ Ducatu nexus ſuis quique locis investigabuntur: neque vetuſiſſima tempora, ſed ab an. S. CMLXXVI. orſi, reliqua complectemur.

Libri iſtius Oeconomiam ejusmodi conſtituere libuit, ut partibus duabus opella omnis conſifteret, atque prioris quidem partis primo loco: *Series Ducum Carinthiæ compendiaria, & Aemulorum*, adnotatis initi, finitique Ducatus annis, exhiberetur: conſueretur deinde continentē: *Series Ducum Carinthiæ, & Aemulorum, illuſtrata ſubſidio diplomatum, & meliorum Scriptorum*; neque tamen integra diplomata, niſi perquam raro, proferimus; ſed quæ ad rem viſa ſunt, excerpta damus, indicato Tabulario, aut libro, unde eadem defuſpferamus. Principum ſucceſſiones, ac diplomatum auctoritates praeципue iſthic ſpectavimus.

Alteram hanc Seriem excipiunt *Tabulae Genealogicæ*, non perfectæ illæ quidem, neque omnium familiarum numero ſemper inſtructæ, verum quatenus finis nobis propositus poſtulare videbatur. Genealo-

gicos hosce Principum, ad Carinthiam referri solitorum, ordines partim altera in *Serie illustrata*, partim subinde in *Capitibus seu Dissertationibus decem*, auctoritate diplomatum, Scriptorumque veterum, pro viribus comprobare studuimus.

Illis demum, quibus opellæ pars altera constat, *Capitibus X. seu Dissertationibus*, ea discutienda, ilustrandaque suscepimus, quæ haud ita facile *Seriei Ducum illustratæ*, citra conturbationem aliquam, alligari posse existimavimus. Nolo singulas isthuc X. *Capitum* illorum epigraphas transcribere, quas facile quisque suo loco inferius positas percurrere poterit: id unum hic attingo, reliquorum illic, præter *Duces*, *Carinthiacorum Principum Series*, quantum obscuritas temporum, aut nostra mediocritas ferebat, digeri, illustrari, comprobarique: deque titulo *Archiducatus Carinthiæ*, ejusdemque *Scuto honorario*, ac de *Monetis Archiducatus Carinthiæ*, quædam in medium proferri, haud omnino obvia fortasse ac protrita.

Qua de re ut æquus Lector commodius, si discutere libeat, judicium ferre possit, utque gratus ipse profitear, e quibus profecerim, brevem syllabum Auctorum, qui de Carinthia scripsere, exhibeo,

paullo

paullo tamen ampliorem, atque in *Bibliotheca Historica selecta Struvio-Buderiana*, Tomo II. Cap. XVIII. §. X. conspiciamus: attamen de medii, ut vocamus, & nostri ævi Scriptoribus hic solum sermo erit, non de antiquioribus, seu Geographis, seu Historicis.

De Samone, Franco origine, sed Vinidorum in Carentano Rege, & Vinidorum contra Avaros vindice, fuse agit FREDEGARIUS SCHOLASTICUS in *Chronico* edito, cum notis, a THEODORICO RUYNART, cum operibus S. GREGORII TURONENSIS *Parisii MDCXCIX. fol.* Fredegarius Sæculo VII. flouruit, quo & Samo regnavit.

Slavicos Carinthiæ Duces, & Religionis Christianæ exordia potissimum debemus opusculo, quod inscriptum est: *Libellus de Conversione Bajoariorum, & Carentanorum ad fidem Christianam.* Vulgatus est a MARQUARDO FREHERO primum inter *Rerum Bohemicarum Scriptores parte I. pag. 15. &c.* Sed emendatius ex codice MS. Bibliothecæ Augustæ Vindobonensis, pretiosam hanc opellam repræsentavit R. P. MARCUS HANSIZ S. J. *Germaniæ Sacræ Tomo II.* ubi & alia bene multa, Carinthiæ sacræ ac Civili illustrandæ protulit.

Ve-

Veterum Scriptorum deinceps pauci suppetunt, qui Carinthiæ paullo liberalius meminissent, si Biographos quorundam Archiepiscoporum Salisburgen-sium excipias, & Chronica quædam, qualia HENRICO CANISIO, & utriusque R. P. PEZIO debemus.

Vetera documenta Carinthiæ, Diplomata, ac similes Chartas sufficit: *Landsbandvest des Löblichen Erzherzogthums Kharndten*, jussu Ordinum ejus Provin-ciæ typis datum MDCX. Atque jam antea MDCVI, sed quam editionem priorem non vidi. Continet doc-umenta a Rudolfo I. Cæsare ad Ferdinandum II.

Diplomata item Carinthiæ illustrandæ idonea complura prostant in R. P. ANTONII STEYERER S.J. *Commentariis pro Historia Alberti II. Ducis Austriae*: item in opere a nobis edito, ex collectione *Puschiana*: *Diplomataria sacra Ducatus Styriae Partes duæ, Vindo-bonæ MDCCCLVI. 4.^{to}* Denique in RDISSIMI HERGOT-TI splendidissimis operibus, atque in MEGISERI *Anna-libus* (de quibus inferius) atque in laudati M. HANSIZII *Tomo II. Germ. S.* complures veteres Chartas invenire licet, rebus Carentanis elucidandis peropportunas.

Chorographicici Carinthiæ Scriptores complures prostant. Primum locum meretur: JOHAN. WECHARDI

BARONIS DE VALVASOR *Topographia Archiducatus Carinthiæ antiquæ, & modernæ completa*: Norinbergæ MDCLXXXVIII. fol. est elegantibus iconismis referta, Germanico idiomate conscripta. Proximi sunt: MARTINI ZEILLERI *Topographia Provinciarum Austriae*, *Austriae*, *Styriae*, *Carinthiæ*, *Carniolæ*, *Tyrolis &c.* cum iconismis MATTHÆI MERIAN *Francofurti* MDCLXXVII. fol. Subinde præclaram Carinthiæ Topographiam concinnavit, et si non adjecto nomine, R. P. CAROLUS GRANELLI S. J. olim Amaliæ Augustæ a Sacris Arcanis, in *Germania Austria*, edita *Vindobonæ*, ac dein ibidem recusa an. MDCCLII. sed sine Chartis Geographicis, quæ priorem editionem ornant. Minora sunt, quæ in aliis Germaniæ descriptionibus extant, uti ÆNEÆ SILVII, MÜNSTERI, & recentiorum Geographorum. Minoris quoque momenti sunt libelli: MICHAËLIS HÖRINGS *Beschreibung des Landes Kärndten* Lipsiæ MDCVIII. 8.^{vo}) JOHANNIS SALIVANI *de situ totius Carinthiæ*, *de Sylva Herquia*, & *de Civitate montis D. Annæ Basileæ* MDLVII. 8.^{vo}) ROBERTI PAPAFAVA liber: *De situ Carniolæ*, *Carinthiæ*, *Styriae*, atque *Epiri*. Romæ MDCLVII. 8.^{vo})

Hi-

Historiam, & Chronologiam, ac Genealogiam
Ducum Carinthiæ, una cum Chorographia comple-
xus est notissimo opere: *Annales Carinthiæ, das iſt,
Chronica des Löblichen Erzherzogthums Karndten,*
HIERONYMUS MEGISERUS, vernaculo sermone,
*Lipsiæ MDCXII. fol. Libris XII. cum appendice insi-
gnium scutariorum.* In hoc opere multa präclara,
multa contra in rebus paullo vetustioribus fabulosa,
incerta alia. Pars hujus operis debetur **GOTHARDI**
DE CHRISTALLNICK *Manuscriptis Collectaneis, &*
Historiæ Carinthiæ. Nimia facilitate acquievit **ME-
GISERUS** narrationibus **WOLFGANGI LAZII**, quas
de Carinthiæ rebus seu *Libro VI. p.m. 159. &c. de
Migrationibus Gentium*, seu *Lib. XII. Commentar. de
Republ. Romana*, veras falsis dubiisque miscuit, di-
gnus, qui & legatur, & corrigatur. Usus quoque libera-
liter est **MEGISERUS AVENTINO, & CUSPINIANO**,
quibus plusculum interdum credas, quam **LAZIO**.

Corrigendo in multis **MEGISERO** proderit exi-
guæ nobis, sed plenus bonæ frugis Liber: **JOHAN.
CHRISTOPH. PESLERI** *Series Ducum Carinthiæ
Sæculi IX. X. XI. XII. XIII. & XIV. Vitebergæ
MDCCXL. 4^{to}.* Seriem Ducum, Chronologicam,

& Genealogicam docte illustrat , cui pro vetustiore
ætate multa nos debere fatemur ; uti & CL. PESLE-
RUS haud pauca se M. HANSIZIO & ANT. STEYE-
RERO Jesuitis , & Reverendissimo HERGOTTO , in
acceptis referre ingenue profitetur.

Eodem Anno MDCCXL. Argentinæ lucem
vidit insigne opus ADM. R. P. J. FRANC. MARIA
DE RUBEIS ORD. PRÆDIC. *Monumenta Ecclesiæ*
*Aquilejensis Commentario Historico-Chronologico-Cri-
tico illustrata : cum appendice, in qua vetusta Aquile-
jensium Patriarcharum, rerumque Foro juliensum Chro-
nica..... prodeunt.* Isthic Ducum Carinthiæ , con-
nexorumque Principum res egregiam lucem acci-
piunt , nobisque bene multa usui fuere. ALBER-
TUS REICHARTUS *Breviarium Historiæ Carinthiæ*
concinnavit , quod sua utilitate non caret.

Libet nunc paucis vetustiores quosdam com-
memorare Chronographos , qui de Carinthiæ rebus
aut ex instituto , aut ex occasione haud pauca con-
signavere. JOHANNES ABBAS de Victoria Ord.
Cisterc. in Carinthia , *Chronicon Carinthiæ* ab anno
MCCXVII. ad MCCCXXXIX. confecit , quod ma-
nu exaratum servat Bibliotheca Mellicensis in Au-
stria,

ſtria , testante CL. P. HIERONYMO PEZ , Scriptor.
*Austr. Tomo I. in præfatione ad Chronicon Anonymi
Leobiensis* ; ubi memoratur : *Anonymum hunc bene
multa de Carinthia, ex illo JOHANNIS ABBATIS opere,
in suum transtuliffe.* Inter cetera in *Anonymo Leo-
biensi*, Sæculi XIV^{ti} Scriptore , primum invenio descri-
ptionem prolixam ritus illius singularis , quo Carin-
thiæ Duces per rusticum inaugurarantur. Inde hau-
ſiffe videtur *ÆNEAS SILVIUS* , Sæculi XV^{ti} Histo-
ricus , atque ex eo reliqui fortasse omnes.

Aliud *Chronicon Carinthiacum*, JACOBI UNRESTI
Theologi, & Sacerdotis Carinthiaci (qui sub Sæculi XV^{ti}
finem floruit) vulgavit SIMON FRID. HAHNIUS, colle-
ctionis Monumentorum veterum & recentium Tomo I. a
pag. 479. *Chronicon* istud a Sæculo VIII. orditur ,
definitque cum quadam notitia nobilium Carinthiæ , in
Sæculo XV , quo aūtor vixit ; est opusculum exigui
momenti. Minoris porro etiam pretii esse censeo li-
bellum THEOPHRASTI PARACELSI , hac epigraphe :
Chronica & Origo Carinthiæ, extatque inter ejus opera
reliqua Vol. I. pag. mihi 245. Genevæ MDCLVIII. fol.

Contra vero de antiquissimis Carnorum & Caren-
tanorum rebus egregia multa conquisivit PETRUS AL-

BINUS, Ducum Saxoniae ante MEGISERUM Historiographus, cuius opellam seu *commentatiunculam de rebus Carinthiacis* juris publici fecit Celeberr. LUDWIGIUS Tomo X. *Reliquiarum Manuscriptorum, &c.* pag. 542. &c.

De Monasteriis Carinthiæ CASPAR BRUSCHIUS in *Chronologia Monasteriorum Germaniæ*, item GABRIEL BUCELLINUS in *Germania Topo-Chrono-Stemmatographica sacra & profana*, videri possunt: Sanctorum sive beatorum Carinthiæ indigetum acta apud *Hagiographos Bollandianos* optime digesta invenies, præcipue B. Domitiani, & B. Hemmæ, illius ad diem V. Februarii: hujus ad XXV. Junii. De Episcopio duplice, Gurcensi, & Lavantino ad S. Andreæ, deque omni Historia sacra Carinthiorum optime meritus est R. P. MARCUS HANSIZIUS S. J. Tomo II. *Germaniæ sacræ*, qui Vir doctissimus etiam *Chronicon Carinthiacarum rerum conscripsit*, quod utinam lucem propediem videret.

Ne longior sim, Carnioliae, quæ Carinthiæ portio fuerat, scriptores prætero, quorum alioqui præcipui fuere BARO VALVASOR, qui præter *Topographiam Carinthiæ*, opus egregium de Carniola confe-

fecit , editum & auctum hac epigraphe : *Die Ehre des Erzherzogtums Crain* : *Labaci MDCLXXXIX.* ab ERASMO FRANCISCI , IV. voluminibus in folio ; atque ante illum JOHAN. LUDOVICUS SCHOENLEBEN vulgavit *Labaci MDCLXXXI.* *Carnioliam antiquam & novam* , quod opus non nisi ad Annum Salutis Millesimum pertingit. Verum extant in Labacensi Ducatus Carnioliae Tabulario complura SCHOENLEBENII Manuscripta Historica , & Genealogica , ad res Patriae explicandas illustrandasque profutura.

Mappam Geographicam Carinthiæ , paullo solita forma majorem , confecit , vulgavitque R. P. CAROLUS ANDRIAN S. J. olim in Academia Græcensi Historiæ Professor , qui ipse jam antea per Carinthiam eum in finem iter fecerat. Optandum est autem , ut quemadmodum ceterarum pene omnium Austriacarum Provinciarum magnas accuratasque habemus tabulas Chorographicas , Hungariæ quidem & Bohemiæ ac Moraviae per JOHANN. CHRISTOPH. MÜLLERUM : Austriæ & Styriæ per G. MATH. VISCHERUM : Carnioliae per A. R. D. FLORIANTSCHITSCH : Goritiæ Comitatus nuper per *Illusterrimum D. Comitem RUDOLFUM CORONINUM de Cronberg, & Quischa,*

ita

ita & Carinthia nanciscatur Geographum, qui illustrem
Provinciam perfecta denique imagine expingat.

Denique Virorum prosapia, gestis muneribus,
doctrinave illustrium gratam isthic mentionem adjice-
rem, qui consilio & ope literaria ad hanc opellam
conscriptibendam mihi præsto fuere; nisi ipso
libri decursu id commodius me
præstiturum putasse.



S E.

SCVTA . DVCVM . CARINTHIAE .

II.



Bernhardus
Dux Carinthiae
In Sigillo
1242

III.



Ulricus III
Duke Carinthiae
1256 - 1261
In Sigillis.

III.



Ottokarus Rex Bohemiae etc.
Meinhardus 1286 etc:
In Sigillis.

IV.



V.



Albertus III.
Dux Austriae etc:
In Sigillo.
1353.

VI.



Leopoldus
Dux Austriae etc:
In Sigillo.
Item Wilhelmus dux
1404

VII.



Sigismundus
Dux Austriae etc:
1484 - 1486
In numismatibus.

VIII.



Carolus V circa 1515
In Sigillo.
Et circa 1497
in Lapide Goritiensi.




Sub Friderico III, Imp:
1445
In Libro pictorum Scotorum.



Lands-hand-Vest
Archiducatus Carinthiae
Editum ab 10.



Henricus V
Dux Carinthiae
In Sigillo
1504




Fugger et duo numi
argentei unciales Maximiliani.



1293. Sigillum Meinhardi
ducis.



1286. In Sigillo Meinhardi ducis.



In Monetis Carinthiae.



Megiserus initio Annalium Carinthiae





S E R I E S
DUCUM CARINTHIÆ,
ET
Æ M U L O R U M,
COMPENDIARIA.

D U C E S.

976. HENRICUS I. Bertholdi
filius, Dux I. Carinthiæ.
978. Pellitur Henricus, Dux
fit ejus loco OTTO I. Cun-
radi Franconici filius.
985. Otto cedit HENRICO I.
iterum Duci.
996. vel 997. Henricus I. obit
OTTO I. iterum Dux.

ÆMULI.

Chronol. P. I.

A

1005. Cir-

D U C E S.

Æ M U L I.

1005. Circiter: Otto I. obit :

ei succedit **CUNRADUS I.**

Ottonis Ducis filius.

1012. Cunradus I. obit. (vel

1011. exeunte) **ADALBERO** Eppensteinius, Marquardi fil. antea Marchio.

1035. Adalberoni exauktorato,

sed resistenti

1036. Succedit **CUNRADUS II.**

Cunradi I. filius.

1039. Cunradus II. obit.

--- **GODEFRIDUS** Arnoldi Lambacensis filius, forte Carinthiam natus : aut **LIUPOLDUS** Adalberonis filius.

1047. **WELFUS**, Welfi Suevi

Dynastæ filius.

1054. vel 1055. Welfus obit.

1057. **CUNRADUS III.** seu Cu-

no, cognatus Henrici IV.

Cæfaris.

1058. Cunradus III. obit.

1060. **BERT.**

D U C E S.

Æ M U L I.

1060. BERTHOLDUS I. Zæringensis Birthilonis filius.

1072. Bertholdo I. exauctorato, 1072. BERTHOLDUS I. Zæringensis.
sed reluctanti,
vel.

1073. Succedit MARQUARDUS
Adalberonis Duci filius.

1077. vel 1078. Marquardus 1077. Bertholdus I. obit 26.
obit. Octobris.

1078. LIUTOLDUS Marquar-
di filius.

1090. Liutoldus obit.
HENRICUS II. Marquar-
di filius.

1078. BERTHOLDUS II. pri-
mi filius.

1090. Bertholdus II. obit in
Majo.

BERTHOLDUS III. secundi
Filius.

1122. Bertholdus III. obit. 19.
Februarii.

1127. Henricus II. obit.
1128. HENRICUS III. Engel-
berti Ortenburg. filius.

CONRADUS Bertholdi III. fil.

1130. Henricus III. obit.
ENGELBERTUS, Engel-
berti fil. Henrici III. frater.
1135. UDALRICO I. filio suo
cedit Engelbertus pater.

D U C E S.

1142. Engelbertus, Monachus
obit.

1143. Circiter, Udalricus I. obit.

1144. HENRICUS IV. Udal-
rici I. filius.

1160. Forte HERMANNUS Col-
lega Henrici fratris sui.

1161. Henricus IV. obit circa
Julium.

HERMANNUS, Udalrici
I. filius, Dux.

1181. Hermannus obit.

UDALRICUS II. Herman-
ni filius.

1201. Circiter Udalricus II. obit.

1202. BERNHARDUS, Her-
manni filius.

1256. Bernhardus obit in Fe-
bruario.

UDALRICUS III. seu Ul-
ricus, Bernhardi filius.

ÆMULL.

1152. Conradus obit, 8. Ja-
nuarii.

BERTHOLDUS IV. Conra-
di filius.

1186. Bertholdus IV. obit 8.
Septembris.

BERTHOLDUS V. quarti fil.
Videtur desitisse ab æmu-
latione tituli Ducis Ca-
rinthiæ.

1218. Bertholdus V. obit, ulti-
mus lineæ rectæ Zærin-
gensium.

1268. Udal-

D U C E S.

Æ M U L I.

1268. Udalricus designat du-
cem Carinthiæ Ottokarum
Bohemum.

1269. vel 1270. Udalricus III.
obit.

1270. OTTOKARUS Rex Bo-
hemiæ, seu Premizlaus III.
Wenceslai III. Ottokari
filius.

1276. Ottokarus cedit bonis
paetis RUDOLFO Habs-
burgico, Regi Rom. Carin-
thiam, Austria, Sty-
riam &c. die 26. No-
vembris.

Meinhardus Comes Goritiæ
& Tyrolis, Gubernator Ca-
rinthiæ, pro Cæsare & Im-
perio.

1282. Rudolfus filiis ALBER-
TO I. & RUDOLFO Au-
stria, Styria, Carnio-
liam, item JURA AD CA-
RINTHIAM confert, sed

1269.} PHILIPPUS Bernhardi
1270.} filius, Udalrici III. frater.

1271. Philippus cedere co-
gitur.

1273. Philippus a Rudolpho
Rege feudum Carinthiæ
recipit, sine possessione.

1279. Philippus obit Cremsii.

D U C E S.

Æ M U L I.

sine possessione Carinthiæ,
ac sine titulo usurpato.

1286. **M E I N H A R D U S**, Meinhardi Comitis Goritiæ filius, Comes Tyrolis, Dux fit die 1. Februarii. Inauguratur in Carinthia die 1. Septembris.

1295. Meinhardus obit die 1. Novembris. Succedunt in ducatum simul filii ejus : **O T T O** II. **L U D O V I C U S**. **H E N R I C U S** V.

1305. Ludovicus obit 24. Aprilis.

1310. Otto obit 25. Maji.

H E N R I C U S V. solus Dux, etiam Regis Bohemiæ ac Poloniæ titulo usus ab anno 1306.

1335. **H e n r i c u s** V. obit 4. April. Ludovicus Cœsar die 2. Maji confert Carinthiam

1335. **M A R G A R E T H A** (dicta SENIOR, & MAULTASCHIA) Henrici V. Ducis

Du-

D U C E S.

- Ducibus Austriæ &c. ALBERTO (II.) & OTTONI (III.) filiis Alberti I. Cæs.
1339. Otto III. obit die 16. Februarii. Albertus II. solus, dictus **SAPIENS**, Carinthiæ præst, nomine suo, & filiorum fratris Ottonis defuncti: FRIDERICI I. & LEOPOLDI I.
1344. Obiere Fridericus I. & Leopoldus I.
1358. Albertus II. obit die 20. Julii. Succedunt ejusdem filii simul: RUDOLFUS I. (Austriacorum IV.) FRIDERICUS II. ALBERTUS III. LEOPOLDUS II.
1359. Rudolfus sumit titulum **ARCHIDUCIS AUSTRIÆ, STYRIÆ, CARINTHIAE.**
1362. Fridericus II. obit die 10 Decembris.

Æ M U L I.

- filia, ac Maritus ejus JOHANNES HENRICUS, Jo-hannis Lucenburgii, Bohemiæ R. filius, Carinthiam sibi vindicare conantur.
1337. JOHANNES, Friderici IV. Burggravii Norimberg. fil. natus ex Margaretha, Alberti filia, Meinhardi ducis nepte, vano impetu Carinthiæ inhiat.
1341. Margaretha repudiat Jo-hannem Henricum.
1342. Nubit LUDOVICO II. filio Ludovici Bavari Cæsar, qui in eos Carinthiam, collato feudo, trans-ferre frustra molitur.
1361. Ludovicus II. obit 18. Septembr. MEINHARDUS II. ejus filius ex Margaretha, succedit in titulos.
1363. Meinhardus II. obit sine
1365. Ru-

D U C E S.

1365. Rudolfus I. (IV.) obit
 27 Julii. Albertus III. &
 Leopoldus II. DUCES.
1379. Certe (si non jam anno
 1376. vel antea) divisio
 provinciarum suscepta est,
 qua Alberto tota Austria
 cessit, LEOPOLDO Styria,
 Carinthia, Carniola, &c.
 eo pacto, ut Heredes quo-
 que ea divisione starent :
 atque si impuberis in al-
 tera stirpe essent, SENIOR
 totius Gentis Austriacæ
 Tutor esset.
1386. Leopoldus obit 10. Junii,
 in prælio ad Sempach; suc-
 cedunt filii heredes, nem-
 pe: WILHELMUS, ER-
 NESTUS, LEOPOLDUS III.
 FRIDERICUS III; sed po-
 stremi tres sub tutela &
 Gubernio ALBERTI III.
 cui id ultro detulit WIL-
 HELMUS.

Æ M U L I.

- liberis 13. Januarii. Ejus
 Conjux Vidua, MARGA-
 RETHA junior Austriaca,
 etiam titulo DUCISSÆ
 CARINTHIÆ usâ fuit.
1369. Circa 3. Octobris obiit
 Margaretha senior , seu
 Maultaschia , posteaquam
 etiam Tyrolim Austriacis
 cessit, ac tradidit.

FINIS ÆMULORUM.

1395. Die

D U C E S.


1395. Die 29. Augusti obit Albertus III. reliquo filio Austriæ herede Alberto IV. minorenni, cuius tutelam & Gubernium pro FRATRIBUS SUIS suscipit WILHELMUS, senior totius gentis.
1406. Die 14. Julii obit Wilhelmus, reliquit fratribus Ducibus : LEOPOLDO, ERNESTO FRIDERICO.
1411. 3. Junii obit Leopoldus III.) Ernestus & Fridericus aut omnino novam divisionem faciunt, aut factam innovant, qua ERNESTUS (Ferreus dictus) Styriam, CARINTHIAM &c. nactus est.
1414. Ernestus se ARCHIDUCEM, & CARINTHIAM ARCHIDUCATUM appellat.
1424. Ernestus obit die 10. Junii : succedunt filii ejus duo : FRIDERICUS IV. (postea Imperator, PLACIDUS) & ALBERTUS (Ducum Carinthiæ) IV. Sed ambo sub tutela patrui FRIDERICI Tyrolensis.
1435. FRIDERICUS IV. ipse gubernat pro se, & fratre ALBERTO.
1453. FRIDERICUS, jam Imperator, ARCHIDUCIS titulum solemniter tribuit Austriacis, qui STYRIAM, CARINTHIAM, CARNIOLAM possederint.
1493. Obit Fridericus IV. (Imperator) die 19. Augusti. Succedit filius MAXIMILIANUS.
1519. Maximilianus obit 12. Januarii, succedunt filii duo : CARLUS, & FERDINANDUS.

D U C E S.

1521. Carolus Imperator fratri FERDINANDO cedit Austriam,
Styriam, CARINTHIAM, Carniolam &c.
1564. Ferdinandus I. Imp. obit 25. Julii, divisione facta CAROLO
II. filio Austriam interiorem seu Styriam, CARINTHIAM,
Carniolam vivus in Apfili hoc anno attribuit.
1590. Carolus II. obit die 1. Julii: succedit filius FERDINANDUS
II. sub tutela & gubernio patrui RUDOLFI II. Cæs. deinde
ERNESTI, demum MAXIMILIANI Archiducum ad 1596.
1637. Die 15. Februarii obit Ferdinandus II : succedit filius
FERDINANDUS III.
1657. Die 23. Martii obit Ferdinandus III. succedit filius LEO-
POLDUS (IV. Dux) Ferdinando IV. mortuo ante patrem.
1705. Obit Leopoldus Imperator, die 5. Maii. JOSEPHUS filius
natu major succedit.
1711. Die 17. Aprilis obit Josephus Imperator. Succedit frater
CAROLUS III. Dux, & Rex Hispan. Imperator VI.
1740. Die 20. Octobris, obit Carolus: succedit Filia natu major:
MARIATHERESIA, Regina Hungar. & Bohem. &c. Impera-
trix Aug. cum Conjuge FRANCISCO, Conregente, dein Impe-
ratore an. 1745. 13. Sept. quorum Filii Archiduces quinque.

JOSEPHUS	CAROLUS	PETRUS	FERDINANDUS	MAXIMILIanus
Natus 1741.	Nat. 1745.	LEOPOL.	Natus 1754.	Natus 1756.
13. Martii.	1. Februar.	N. 1747.	1. Junii.	8. Decembris.
		5. Maji.		

Filiae Archiduces octo.



S E R I E S
DUCUM CARINTHIÆ,
^{ET}
Æ M U L O R U M,
ILLUSTRATA
SUBSIDIO DIPLOMATUM; ET MELIORUM
S C R I P T O R U M.



uo pacto Carinthiæ Ducatus a Bajoario 976.
separatus, collatusque primum sit *Henrico*,
minori dicto: Bajoaria vero *Ottoni* obtigerit
eodem anno CMLXXVI, & cur cre-
damus ejus divisionis occasionem fuisse
Hezelonem seu *Henricum II.* Bajoariæ Ducem; hæc inquam
inferius *Capite I.* uberior exponemus, atque stabiliemus. Hic
seriem diplomatum compendio repræsentare libet, & iis inter-

dum testimonia Veterum inspergere; ut ita & præmissa Series Ducum Carinthiæ Compendiaria rite comprobaretur, & porro instrumentum suppeteret, quo potissimum dissertationum illarum fabrica confieret, quas X. Capitibus deinde completemur.

976.

Otto II. Imperator Piligrino Pataviensi Episcopo laturgitur Abbatiam S. Mariæ, intra Passavense territorium:
 „*Precibus dilectissimi fratruelis nostri Ottonis Duci videlicet Ba-*
 „*joariorum.... Datum II. Kal. Augsti. Anno Dominicæ Incarnat.*
 „*DCCCCLXXVI. Indict. IV. Anno vero Regni Domini Ottonis*
 „*Imperatoris Augsti XV. Imperii autem IX. Actum Ratisbonæ*
 „*in Chriſti nomine feliciter. Amen.) (HUNDIUS GEWOLDI*
 „*Metrop. Salisb. Tom. I. pag. 239.)*

Hic Otto, Ludolfi filius, Ottonis I. Magni Nepos,
Fratruelis vocatur ab Ottone II. Imperatore, qui Ludolfi frater erat. Vide Tab. I. Genealogicam. Otto iste tantum *Ba-joariorum Dux* vocatur.

977.
Henricus I.

Otto II. Imp. Rodoaldo Patriarchæ Aquilejæ donat locum Istriæ, Insulam dictum: „*Quod Henricus Karentano-*
 „*rum Dux nostræ humiliter suggeſſit Majestati. Datum XV.*
 „*Kal. Maji, Anno Incarnat. Dominicæ DCCCCLXXVI. (adde I.)*
 „*Indict. V. Anno Regni XVI. Imperii X. Actum Ingelenheim feliciter.)*
(UGHELLUS Italiæ Sacræ Tom. V. edit. Venetæ, pag. 46. & 47.)
 Annum legendum esse DCCCCLXXVII. consuadent *Indictio*,
 & anni regni ac imperii Ottonis II.

Hoc

Hoc anno DCCCCLXXVII. Hezelo (exauktoratus anno superiore) consilio Henrici minoris (Ducis Carinthiæ) Passavium obsedit. Anno CMLXXVIII. palam Hezeloni ad- hæsit Henricus minor ; sed ambo ab Ottone II. capti sunt. *Henricus I.* Ita CHRONOGRAPHUS SAXO *Leibnitii Tom. I. access. bistor. pag. 189.* Henrico minori ademta Carinthia datur Ottoni, *Otto I.* Conradi Franconici, Ducis Lotharingiæ, filio ex Luitgarda, filia Ottonis Magni. En diploma !

Otto II. Imp. Ariboni huebas, seu villas rusticæ, regalis proprietatis, donat sitas in valle Liubna seu Leobiensi, cum potestate alienandi. „ *Ob interventum Ottonis Æquivoci* „ *& Consobrini nostri Carinthienorum Ducis, Datum VII. Idus Octo-* „ *bris. Anno Incarnat. Dominicæ DCCCCLXXVIII. Indict. VI.* „ *Anno regni XVIII. Imperii XII. Aëtum Rieda.) (Diplomataria* sacra *Ducatus Styriæ Parte I. Gössenium N. III. pag. 6.)* Indictioni addenda unitas, ut sit VII. Cetera omnia rite congruunt.

Habemus igitur hac ætate tres Ottones cognatos, nempe *Ottонem II. Imperatorem, Ottонem Ducem Bavariæ, & Ottонем Ducem Carinthiæ.* Otto Dux Bavariæ obiit anno DCCCCLXXXII. teste *Auctore vitæ Meniwerci Paderborn. apud Surium ad V. Junii.* Anno sequente CMLXXXIII. decessit Otto II. Imp. VIII. Decembris, cui successit Otto III. Verum Otto II. antea eodem anno gessit sequentia : Veronæ Comitia celebrans Otto II, demortui fratruelis Ottonis

ducatum Bajoariæ confert Henrico Minori , antea exæuctorato Carinthiæ Ducis , sed pœnitentiam profitenti. Eadem æstate , eodemque in loco , Otto II. Aug. Rodoaldo Patriarchæ Aquilejæ castella quædam dono dedit : „ Petitione nostri d- „ lecti Ducis (Carinthiæ) Ottonis..... Datum II. Idus Junii. „ Anno Incarnat. Dom. DCCCCLXXXIII. Indict. XI. Anno regni „ Domini secundi Ottonis XXXII. Imperii quoque ejus undecimo. „ Aetum Veronæ feliciter. Amen.) (R. P. RUBEIS Monum. Aquil. pag. 479. &c.) Annus regni potius erat XXXIII. Itaque hoc anno Bajoaria data Henrico : Ottoni Carinthia non fuit ademta : prius ex DITMARO : posterius ex diplomate constat. Hæc inferius *Capite I.* amplius illustrabuntur.

984. Hezelo , seu Henricus II , quondam Dux Bajoariæ , ab Ottone III. Cæsare recipitur in gratiam , ducatumque recipit , quem ægerrime cedit Henricus minor. Otto Carinthiæ Dux interea pacis studio decedit Carinthia , quæ rursum Henrico minori confertur. Hæc *Capite I.* comprobabimus. En *Henricus I.* duos Henricos in ducatum suum restitutos , sequente in *Iterum.* diplomate !

985. Otto III. Rex Piligrino Pataviensi Episcopo quasdam largitur gratias : „ Interventionibus - - amborumque Nepotum „ nostrorum Henricorum , Ducum scilicet Bavariæ ac Carinthiæ „ regionum..... Datum pridie Kal. Octobr. Anno Dom. Incarnat. „ DCCCCLXXXV. Indict. XIII. Anno autem tertii Ottonis re- „ gnantis II. Aetum Babenbergæ. In DEI nomine feliciter. Amen.)

(HUN-

(HUNDIUS GEWOLDI Tom. I. Metr. Sal. pag. 240.) *Hezelob* ob sanguinis nexum, *Henricus minor* ob Juditham, *Hezelonis* matrem, ab Ottone III. Nepotis vocabulo, laxius, uti solebat, usurpato, cohonestantur. Vide *Tabulam Genealog. Imam.*

Otto III. Cœnobio S. Zenonis, sub Hilderico Vero- 988
nenſi Episcopo, privilegia impertit. „ *Henricum Karen-*
„ *tanorum Ducem nostrumque fidelem, nostram humiliter implorasse*
„ *excellentiam* Datum VI. Kal. Septembris, Anno Dominicæ
„ *Incarnationis DCCCCLXXXVIII. Indict. I. Anno autem tertii*
„ *Ottonis regnantis V. Actum Maresburgh. feliciter. Amen.*) (UG-
HELLUS Ital. S. Tom. V. pag. 746.)

Abrahamo Frisingensi Episcopo Otto III. donat ali- 989
qua sita: „ *In Marcha Ducis Henrici, & in Comitatu Walti-*
„ *lonis Comitis, in Carniola* *Honestis petitionibus dilectæ Ma-*
„ *tris nostræ Theophanii, nec non cari Nepotis nostri Karenthino-*
„ *rum Ducis Henrici* Data Kal. Octobris An. Incarn. Dom.
„ *DCCCCLXXXIX. Indict. II. Anno autem tertii Ottonis regnan-*
„ *tis VI. Actum Franckfurt. feliciter. Amen.*) (MEICHELBECK
Histor. Frising. Tom. I. P. I. pag. 185. & 186. Item HUNDIUS
GEWOLDI Tom. I. p. 92. & 93.)

Otto III. Saxoni cuidam confert tres domos rusticas 993.
„ Ob interventum dilecti ac fidelis nostri Hainrici Bajoariorum,
„ & Karentinorum Ducis Data XVII. Kal. Julii Anno In-
„ carn. Domini DCCCCXCIII. Indict. VI. Anno autem III. Ottonis

„ re-

,, regnantis X. Actum in Civitate Northusin, feliciter. Amen.)
HUNDIUS GEWOLDI Metrop. Salisb. Tom. I. pag. 93.)
Vide nostrum Caput I. de duplice Hainrici isthoc titulo.

Henricus Dux Veronæ judicium solenne instituit, cuius tabulæ, etsi non integræ, sequentia sufficiunt: „Domnus „Henricus -- SCLavorum seu Karentanen. atque istius Marchiæ „Veronensum..... Et infra..... Domnus Henricus Dux..... „Anno ab Incarnatione Domini nostri JESU Christi nongentesimo nonagesimo tertio, sub datum de Mensa November. Indict. septima „feliciter. Amen.) (UGHELLUS Ital. S. Tomo V. pag. 747. & 748.) Indictio VII. a Septembri incepta.

995. Hezelo seu Henricus II. Bajoariæ, & olim simul Carinthiæ Dux, vitam laudatus finivit. Certus est hic mortis annus pluribus testimoniosis. Vide PFEFFINGERUM in notis ad Vitriarii Jus publ., Tomo II. de Ducibus Bavariae. pag. 423. Lib. I. Tit. XVI. Ex DITMARO & ANNALISTA Hildesheimensi Dies XXVIII. Augusti, apud Gandersheim, huic morti assignatur.

996. Henricus minor, Dux Carinthiæ, & olim Dux Bavariæ, moritur anno DCCCCXCVII. testibus Chro-
vel 997. nica Australi Freheri Tom. I. pag. 437. Sed errat in patre Du-
cis: & URSPERGENSI ABBATE, & HERMANNO CON-
TRACTO, ac denique Chronico SALISBURGENSI Peziano,
Otto I. Iterum. Script. Austr. Tom. I. pag. 340. An. DCCCCXCVII. qui omnes
Bavariæ Ducem appellant, & nonnulli cum Hezelone confun-
dunt hunc Henricum. Vide nostrum Caput I.

Mor-

Mortuo Henrico minore, Otto, Conradi filius, ducatum Carinthiæ recepit, Chartis testibus, & DITMARO Lib. V.

Otto III. Ecclesiæ S. Lamberti, & illic DEO milita- *circa*
turis varia largitur in Carinthia, seu superiore Styria :^{1000.}
,, *Interventu Ottonis Carenthinorum Ducis.* Desunt notæ Chro-
nicæ, & subscriptiones; sed commodissime hæc Charta huc
refertur. (MEGISERUS *Annal. Carintbiæ Lib. VII. pag. 680.*)

Otto III. Adalberoni Marchioni centum mansos donat ^{1000.}
in Provincia Karinthia, ac in Marchia, Comitatuque memorati
Marchionis Adalberonis fitos. Hoc diploma datum anno mil-
lesimo, ac non dum vulgatum, integrum dabitur *Capite IX.*
ad finem: ex Tabulario Cœnobii S. Lamberti.

Fragmentum documenti refert *Adm. R. P. RUBEIS*
Monum. Aquil. Cap. LIII. pag. 491. quod ita orditur: *Datum*
in DEI Nomine civitate Verona, in dom. Episcopi, S. Zenonis 1001.
Solarii Dom. Otherti Episcopi resideret Dominus Hotto
Dux istius Marchiæ, ad singulorum hominum iusticias faciendas,
&c deliberaandas &c.

Subjicitur Ottonis III. Imp. constitutio de pertracta-
ta materia, quomodo Comiti Forojuliensi Werihen medie-
tatem prædii Silkano & Gorizia contulerit, cuius altera me-
dieta Johanni Patriarchæ Aquilejæ data fit. Diploma incipit:
,, *In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Ho*
,, *Tam præsentium, quam futurorum noverit Universitas: quod*
Chronol. P. I.

„ nos interventu Hottonis nostri (utique Ducis Carin-
 „ thiæ) Weriben Comiti dedimus medietatem &c. Sub finem :
 „ Data sexto anno Dominicæ Incarnationis quinta-
 „ decima : anno tertii Hottonis regnantis XVII. Imperii sui ----
 Aëtum Papia. Indictio XV. cœpit in Autumno Anni MI.
 sed annus regni videtur unitate augendus, ut sit XVIII.

Ut extra dubium sit, hunc Ottонем Ducem Carinthiæ,
 Duci Henrico iterum suffectum, eundem esse, atque eum,
 qui Anno DCCCCLXXIX. Confobrinus Ottonis II. dicebatur,
 DITMARI verba referam, de hoc Ottone Duce, ad annum
 1002. MII. vel sequentem spectantia, quæ ita habent Lib. V.
 1003. pag. 370. Leibnitii Script. Brunsvic. Tom. I. „ Horum neceſ-
 „ sitati (Germanorum in Italia pro Henrico II. Rege de-
 gentium) „ ad succurrentum Otto Carentanorum Dux, & Ve-
 „ ronensum Comes, cum ob spem auxillii majoris ab Italîs
 „ promissi a Rege dirigitur. Quis autem ille Dux Otto fuerit,
 „ quia superius reticui, breviter intimabo. Hic igitur a Conrado
 „ Duce, & Luitgarda filia Ottonis primi Cæsarî Maximi pro-
 „ creatus, morum gravitate, actuumque probitate parentelam suam
 „ decorabat. Et cum post mortem Cæsarî (Ottonis III.) jure
 „ consanguinitatis, & ætatis, virtutumque maturitate, ab Hen-
 „ rico, tunc Duce, (Bajoariæ) in Regem eligeretur, totum hoc
 „ onus humiliter excusans, eundem (Henricum) primos per in-
 „ ternuncios, ac per se ipsum, quasi ad hæc aptiorem sibi propo-
 „ suit, fideliterque semper adjuvit.) Similia habet ANNALISTA.

SAXO

SAXO pag. 388. Eccardi Tom. I. Deinde Ottonis Ducis in Italiam transitus, sed infelix, a DITMARO enarratur. Attamen Lib. VI. Carentanorum fortitudo laudatur ad annum 1004. vel MIV. vel MV. qui victis Harduini seu Hardwigi co-^{1005.} piis, Henrico II. Regi aditum Italiæ faciliorem reddidere. Ottonis hujus Franconia & Carinthia Ducis obitum circa annum MV. accidisse existimo, quod ejusdem deinceps nulla se prodat mentio: atque anno MV. jam Conradus Dux in synodo Tremoniensi de incestis nuptiis accusetur, quas cum Mathilde inierat; qua de re ex *Anonymo in vita II. Adalberonis Metensis Episcopi: Labbe Tom. I. Bibl. N. MS.* Docte plura refert R. P. SIGISMUNDUS CALLES *Annal. Eccles. German. Tom. V. Lib. I. Cap. LXXII. &c.*

Ottoni Duci filius Conradus successit, cuius obitus duntaxat memoratur ad an. MXII. ab ANNALISTA SAXONE ^{Circa 1005.} pag. 423. Eccardi Scriptor. Tom. I. Itidem ab HERMANNO ^{1011.} CONTRACTO, Pistorii Tom. I. pag. 272. His verbis: „Cun-^{vel} 1012. „radus Dux Carentani, filius Ottonis Ducis, fraterque Brunonis „dudum Papæ, obiit, & privato filio ejus puerō Cunrado, „Adalbero ducatum accepit.) Cunradi Ducis obitum anno MXI. II. Idus Decembris ponit *Necrologium Fuldense*. Successorem mox cōfirmant chartæ sequentes.

MURATORIUS *Antiquitat. Eftens. Cap. XI.* Tabulas profert sententiæ cujusdam latæ Veronæ, anno MXIII. ubi primas partes agit: *Adalperio Dux istius Marchiæ, nempe Veronensis.* Hic

Adalbero e stirpe Eppensteiniorum Comitum in Muerzthal fuit, uti ex Nepote Henrico liquet.

1017. Laudatus MURATORIUS *Antiquitat. Italiæ Tom. I. pag. 169.* repræsentat placitum, habitum in agro Tarvisino, anno MXVII. „ Dum judicio resideret Dominus Adelpeyro, Dux istius „ Marchiæ Carentanorum.... Anno Domini Henrici gracia DEI Im- „ perator Augustus Tercio XV. Kalend. Februarias. Indictione XV.)

1019. Ad hunc annum MXIX. de bello inter Conrados duos Franconicos & cognatos ex una, ex altera parte inter Adalberonem Ducem agit HERMANNUS CONTR. quo ad Ulmam victus est Adalbero.

1027. Conradus II. Rex (hoc anno MXXVII. die Paschatis Imperator coronatus) Veronæ litem dijudicat, quam agebant Popo Patriarcha Aquilejæ, & „ D. Adalperto Dux de Krin- „ thia Anno Conradi Imperatoris Augusti in Italia primo, „ XIII. Kalend. Junii, Indictione decima.) R. P. RUBEIS Comm. Aquil. pag. 500. &c.

1028. Idem Conradus II. Hartwico Brixinensi Episcopo confert Clusas, sitas in pago Orital „ Interventione..... nec non „ Adalberonis Karentani Ducis..... Data octavo Kal. Maii : „ Indictione undecima, anno Dom. Incarnationis MXXVIII. Re- „ gni IV. Imperii II.) HUNDIUS GEWOLDI Metrop. Sa- lisburg. Tom. I. pag. 317.

Eodem anno Conradus Aug. Poponi Patriarchæ Aquilejæ cuendæ monetæ jus certis conditionibus impertit:

„ In

„ Interventu nec non Adalberonis Ducis Data an-
 „ no Incarnat. Dominicæ MXXVIII. Indictione XI. III. Idus
 „ Septembris. Anno Conradi regnantis IV. Imperii vero secundo:
 „ ejusdemque Imperatoris filii Henrici Regis anno primo. Actum
 „ Immidershirton feliciter.) R. P. RUBEIS Comment. Aquil.
 pag. 505. &c.

Circa hunc annum MXXIX. erupere , aut processere 1029.
 dissidia inter Conradum Aug. & Adalberonem Ducem ; nam
 WIPPO , Pistorii Tom. III. pag. 435. ita scribit ad annum
 MXXVII. „ Paulo post Adalbero Dux Histrianorum , sive Ca-
 „ rintanorum , reus Majestatis , victus ab Imperatore , cum filii
 „ suis exulatus est , ac ducatum ejus iste Chuono ab Imperatore ac-
 „ cepit , quem Ducatum pater ejusdem Chunonis dudum habuisse
 „ perhibetur. Verum hæc non uno anno gesta fuerint. 1035.
 Adalberonem enim anno MXXXV. demum exauktoratum ,
 & anno sequente Chuononem , seu Conradum , Conradi I.
 Ducis filium , Conradi II. Cæsaris fratreleim , qui antea Dux
 Wormatiensis dicebatur , Ducem Carinthiæ renunciatum fui-
 se memorat HERMANNUS CONTRACTUS Pistor. Tom. I. ad
 an. MXXXV. „ Adalbero Dux Carentani & Histriæ , amissa
 „ Imperatoris gratia , ducatu quoque privatus est.) Et mox an- 1036.
 no MXXXVI. „ Conradus , patruelis Imperatoris , patris sui ^{Conradus} II.
 „ ducatum in Carentano , & in Histria , quem Adalbero habue-
 „ rat , ab Imperatore suscepit.) Consentit ANNALISTA SA-
 xo , Tom. I. Eccardi pag. 464.) Wilhelmum Comitem

ab Adalberone occisum fuisse circa hunc annum , probat
Cl. PESLERUS pag. 39. &c.

1039. Adalbero decedere ducatu debuit ; verum tertius ab
hinc annus Conrado II. & Adalberoni fatalis fuit , rursum
HERMANNO teste , *ibidem ad annum MXXXIX.* „ Chunradus
„ Dux Carentani , & Adalbero æmulus ejus , qui ante eum
„ Ducatum eundem habuerat , ipso anno obierunt .) Conradum
II. patrualem Imperatoris , Carinthiæ Ducem die XIII. Kal.
Augusti decessisse , memorant *Annales Hildesheim* : an. MXXXIX.
Leibnitii script. Brunsw. Tom. I. pag. 730.) Adalbero Dux
filios reliquit Marquardum , postea Ducem , & Adalberonem
Episc. Bambergæ , uti **HUNDIUS** Tom. II. ex Tradit. Geissenfeld.
eruit : Liupoldum filium **ANALISTA SAXO** prodidit ad
annum **MXLV.** Eccardi Tom. I. pag. 479. nisi is Liupoldus
potius Adalberti Austriaci filius fuit , uti eum **ANALISTA**
Hildegensis appellat.

Circa
1042. Ab anno MXXXIX. ad **XLVII.** **Carinthiæ Ducis** non
occurrit apud vetustos Scriptores memoria. Marchionem
Carentanum Godefridum circa an. **XLII.** profert **AVENTINUS**
Annal. Boj. Lib. V. qui Hungaros Carentano infestos fortiter
repulit. Eundem Marchionem innuit apud **THWROCZIUM**
Chronica Hungarorum Cap. 36. pag. 42. Idem esse hic vide-
tur Godefridus , de quo *Anonymous Lambacensis* , auctor *vitæ B.*
Adalberonis Episcopi Würzeburgensis , apud Hier. Pez. *Script. Austr.*
Tom. II. pag. 7. ita ad hæc tempora scribit : „ Erat qui-
dam

„ *dam Comes Arnoldus nomine, qui Castrum opinatissimum in Lam-*
 „ *bacensi loco . . . inhabitabat Hic ex Regila nobili uxore*
 „ *ex Francia Orientali oriunda habebat filium nomine Got-*
 „ *fridum, dignitate Marchionem, virum strenuum & fortis, vi-*
 „ *rum rebus bellicis aptissimum, crebris præliorum successibus*
 „ *fortunatum Cujus ditioni cum redditibus circumiacentibus*
 „ *serviebat Putina Urbs inclita, & famosa, quæ quasi Metro-*
 „ *polis, & mater Civitatum versus Pannionam ad Australem pla-*
 „ *gam ad arcendos Pannoniorum incursum, & devastaciones anti-*
 „ *quitus constituta fuit.)*

Videat æquus Lector, an non loco Putina legendum sit Petoma seu Petova; Petovio enim omnia ista aptissime conveniunt, inferæ Styriæ Urbi vetustissimæ ac celeberrimæ dum contra Putinam, ne urbem quidem, alibi unquam appellatam legimus, sed Castrum in Austriæ & Styriæ finibus, Hungariam spectantibus. Sane Petovium, seu Petovionem videtur legisse AVENTINUS, qui Godefridum Charinorum limitis Præfectum appellat (Inferior enim Styria hac ætate Marcha seu limes Carentanus vocabatur) atque Hungaros juxta Petanionem Urbem Noricorum cæsos affirmat. Thurowczianum Chronicon etiam Petomam Urbem, sed Gotfridum Austriae Marchionem appellat.

Quod si Marchio Godefridus Carentanum interea non administrarat; aut Liupoldum, (Adalberonis fortasse filium) Hungarorum victorem, anno MXLV. extinctum, teste AN-

NALISTA SAXONE Eccard. Tom. I. p. 479. & Marchionis titulo
illustrem, aut *Welfum*, de quo mox dicetur, Carinthiæ præ-
fuisse jam inde ab anno MXL. suspicor, vel ab an. MXLVI.

Circa Enim vero de *Welfo Suevo* ad annum quidem MXLVII.

1047. scribit HERMANNUS CONTRACTUS Pistorii Tom. I. pag. 279.
Welfus. (attamen tempus haud satis definitum indicat) his verbis :

„ Quo tempore Welfum Comitem Suevigenam, Welfi dudum Co-
„ mitis filium, Carentani ducem promovit, nempe Henricus III.
Cæsar. AVENTINUS quidem certe jam circa an. MXLII.
in illo bello Carentano, adversus Ovonem seu Abam regem
Hungariæ gesto, meminit copiarum Welfonis Ducis. Ve-
rum quæ de Moderatoribus Carinthiæ post Chunonem, & ante
Welfum divinavimus, veterum documentorum defectu, in
medio relinquimus. Laudate rexisse Welfum, & sine he-
rede decesse, perhibet Chronic. Weingart. C. 7. Leibnitii Tom. I.

1053. Conradus, exauktoratus Bajoariæ Dux, ad Hungaros
confugerat, ac ab Andrea Rege gratanter acceptus, ejusque
suffultus militia, Carentani partem aliquam, inferioris Sty-
riæ, ut opinor, quasdam regiones, occuparat. HERMAN-
NUS CONTRACTUS ad an. MLIII. Pistorii Tom. I. p. 296. &
297. At non idcirco Conradum istum Carinthiæ Ducibus,
aut Marchionibus inferendum arbitror.

De obitu Welfi Ducis variant Annalistæ. Interea
accedo Annalistæ Saxoni, qui cum nonnullis aliis mortem
1055. Welfi anno MLV. adscribit. HERMANNUS CONTR. Pisto-

rii Tom. I. pag. 298.) (BERTHOLDUS CONSTANT.
Ursijii Tom. I. pag. 342.) (URSPERGENSIS pag.
231. Edit. 1540.

Et sene Welfi Ducis, haud pridem defuncti, nisi fal-
lor, memoria cum honore facta est in tabulis Henrici III.
Imperatoris an. MLV. queis confirmat privilegia Cœnobii
S. Zenonis: „Similiter etiam statuimus, ut districtum duode-
„cim hominum Harmannorum, quos Welfo gloriosus Dux con-
„tulit per investituram Data III. Idus Novembbris An-
„no Incarnat. Dominicæ MLV. Indict. VIII. &c. Actum
„Veronæ.) UGHELLUS Ital. S. Tom. V. pag. 762. &c.
De Welfo Duce alia quoque in Veronensi Marchia pro ju-
stitia gesta, & in expeditione contra Hungaros fideliter
præstata commemorant: HERMANNUS CONTR. ad an. MLI.
Pistorii Tom. I. pag. 279.) & de Veronensibus rebus Chro-
nicon Weingart. C. 7. Leibnitii Tom. I. p. 784.

Cuononem Carinthiæ Ducem, Henrici IV. Cæsaris cognatum, sed incertum quali nexu, nobis hoc anno MLVII. exhibet LAMBERTUS SCHAFNABURG. Pistorii Tom. I. pag. 323.
„Cuono cognatus Regis Dux factus est Carentinorum.) Dece-
fit Cuono, LAMBERTO item teste, anno MLVIII. Carin-
thiam intraturus, quam non dum viderat. Sub finem anni
MLVIII. extinctum fuisse Cuononem, probabile facit tempus 1058.
Successoris, quod spectasse puto HERMANNUM potius, quam
tempus obitus Cunonis: „Conradus, qui Carentanis solo no-
Chronol. P. I. D „mi-

1057.
Cuono
sen
Conradus
III.

Bertkol-
dus I.
1060,

„ mine Ducis præfuit, moriens locum dedit, cuius Ducatum Ber-
tholdus Suevigena accepit.) Ita HERMANNUS CONTRACTUS
ad an. MLX. Pistorii Tom. I. pag. 299.) De Bertholdi hujus
Zæringensis Stirpe plura proferemus Capite II; hic enim suc-
cessiones Ducum præcipue spectamus. Videbimus deinceps
post hunc Bertholdum I. Zæringensem, ejus etiam posteros
Bertholdum II. Bertholdum III. Conradum IV. & Ber-
tholdum IV. titulo *Ducis Carinthiæ*, sed inani, fuisse
insignes. Vide, si libet, *Tabulam Genealogicam* II. De Ber-
tholdo I. Carinthiæ ducatum adepto, verba *Annalistæ Saxo-*
nis ad an. MLVII. Eccardi Tom. I. pag. 490. referre libet,
quæ secuturis etiam rebus lumen aliquod præferre possunt:
„ Quod animum Bertholdi non parum commovit. (nempe nega-
tus, qui antea promissus fuerat, Sueviæ ducatus) „ pro qua
„ commotione lenienda ducatus Carinthiorum ei committitur, quem
„ postea filio suo & æquivoco (Bertholdo II.) rogatu ipsius Rex
„ Henricus commisit; sed postmodum quorundam instinetu eundem
„ ducatum Liudolfo consanguineo dedit, siveque patrem & natum
„ (Bertholdos) parvi pendens.

1073.
Marquardus & Ber-
tholdus I.

Haud satis accurate hæc *Annalista* exposuit; Antea enim
MLXXIII. Bertholdo I. in Carinthiæ ducatu subrogatus fuit
Marquardus, Adalberonis olim Ducis filius, deinde præterito
rursum Bertholdo I. vel ejus filio Bertholdo II. ducatum Ca-
rentanum nactus fuit. *Luitoldus*, Marquardi filius, anno
MLXXVII. aut fortasse sequente.

Mar.

*Marquardum vix dubito patri Adalberoni Duci , antea Marchioni , in Marchia Carinthiæ , & possessionibus Carentanis, saltem ab an. MXXXIX. successisse ; quando præsertim de Liutoldo (de quo superius dictum est) Adalberonis filio , res dubia est , an ea , quæ ab Annalista Saxone de Liutoldo illo , Hungarorum victore , proferuntur , velut *Adalberonis filio* , non potius ad Liutoldum Austriacum pertineant, *Adalberti filium*. Marquardi , non dum Ducis , Charta extat , cuius apographum habeo ex Tabulario Celeberr. Cœnobii S. Lamberti , sed sine anno , & loco , qua : *Marchwart filius Adalberonis Ducis , & uxor ejus Laupirch* , decimas , & alia in manus Gebhardi Archiepiscopi Salzburgensis tradunt. Exarata hæc charta fuit intra annos MLX. quo GEBHARDUS sedem adiit , & MLXXIII. quo *Marquardus* jam *Ducem* se ferebat , uti mox dicemus.*

Bertholdo I. ab Henrico IV. Cæsare ablatam Carinthiam datamque Marquardo propinquo suo , tradit ad an. MLXXIII. **LAMBERTUS SCHAFNABURGENSIS** Pistorii Tom. I. Verum Scriptor idem paullo post Cæsarem se Bertholdo excusasse memorat , atque asseverasse , non collatum Marquardo fuisse ducatum Carinthiæ , sed ab eodem privata præsumtione usurpatum , neque de jure suo quidquam imminutum fuisse Bertholdo. Acquievit tantisper Bertholdus , interea fidelis Cæsari.

1077. Attamen subinde Henrici Cæs. auctoritatem accessisse ex-auctorationi Bertholdi, ostendit diploma Henrici IV. relatum a RDISSIMO HERGOTTO Genealogie Habsburg. Cod. diplomat. Tom. II. parte I. N. 128. pag. 126. ubi: Bertholdi jam non Ducis fit mentio: Datum Moguntiae Kal. Julii anno MLXXVII.) Neque vero Bertholdus in fide Henrici permanxit. Post Jullii Mensis initium obiit hoc anno MLXXVII. Bertholdus I. in oppido suo Luiberch, consensu Chronologorum: CONRADI URSPERGENSIS, ANNALISTÆ, itemque CHRONOGRAPHI SAXONIS, & Fragmenti Historici apud Urstifsum P. II. Solus BERTHOLDUS CONSTANTIENSIS apud Urstifsum parte I. ad an. MLXXVIII. Bertholdi mortem submovit.

Bertholdus II.

Bertholdus II. primi filius, patri in titulum Ducis Carinthiæ successit, frustra sperans promissum olim ab Henrico Cæsare ipsum ducatum, uti ex *Annalista Saxone* monuimus. Eodem hoc anno decepsisse Marquardum, documenta persuadent, mox adferenda. Non ante Majum tamen mensem vita functum fuisse Marquardum, colligitur ex electione Rudolfi Anti-Cæsariorum, quæ in Martio hujus anni MLXXVII. suscepta fuit, & ex verbis BURKARDI de Casibus Monast. S. Galli Cap. 7. Goldasti Script. Alemann. pag. 70. & 71. Edit. Illustris Senkenbergii. „ Rex vero Henricus mox ut Ducem Rudolfum de „ Rinfelden regnum sibi usurpare audivit, Pascha Veronæ moratus, „ per Carinthiam, Domino Marquardo, & filio suo Luitoldo, Duce, „ sibi ducatum præbentibus, ad Teutonicas partes rediit.

Si

Si rite hæc Burkardi verba interpungantur, solus tunc Marquardus DUX appellatur; neque enim duos hac ætate Duces eadem Provincia nancisci solebat: aut Liutoldus Dux dicitur, quia mox patri successit.

Henricus IV. Cæsar fugato æmulo Rudolfo in Italiam illico non est reversus. Nam ante dimidium Junii Norimbergæ Sigehardo, ad schisma traducto, Patriarchæ Aquilejensi Carnioliae Marchiam, & Istriam dupli diplomate contulit, utroque *Dato III. Idus Junii anno Dom. Incarnat. MLXXVII. Indict. VII.* *Actum Nieremberg feliciter. Amen.* In utroque *Luitoldus.* diplomate inter præsentium nomina legitur: *Ducibus* autem *Writitzlao Bohemiae, & Liudolfo Charinthiæ.* Hic solius *Liudolfi* mentio, probabiliter docet, Marquardum patrem obiisse, qui deinceps vivus non occurrit, sed solus Luitoldus Dux Carinthiæ.

Habentur deinde hujus anni Tabulæ *Kal. Julii Moguntiæ, & Kal. Novembris Wormatiæ* ab Henrico IV. editæ; priores paulo ante indicavimus: posteriores vide apud Cl. GEORGISCH in *Regesto diplomat. S. I. pag. 427.*) Hæ vero congruunt cum eo, quod post Pascha hujus anni ex Italia redivisse Henricum IV. diximus, socio Liutoldo Carinthiæ Duce. Aliud diploma dicti Henrici Cæsar is extat, quo Sigehardo Patriarchæ Aquilejæ Comitatum Fori Julii, & villam Luzanicam, aliaque impertit *Actum Papiæ Anno Incarnat. Dom. MLXXVII. Indict. XV.* Anno Ordinationis Henrici IV. XXVI. Regni vero

XXIII. sine die. In decursu mentio fit: *Interventus . . . Ducis etiam Liutoldi.* (**RUBEIS** *Monum. Aquil.* pag. 537.) Enim vero Sigehardum Patriarcham an. MLXXVII. die XII. Augusti decessisse, ostendit doctiss. P. DE RUBEIS *Monument. Aquil.* pag. 539. ex *Chronico Augustano*, & rebus Successoris probabiliter. Henricus IV. porro post Pascha hoc anno in *Junio*, *Julio*, & *Novembri* mensibus in Germania fuit; non itaque *Papiæ* hoc anno hæc acta sunt in gratiam Sigehardi, nisi ante Pascha. Annos Ordinationis & Regni non moror, qui incerto sunt initio, aut hic esse vitiosi, etiam a P. Rubeis, censentur. Annus Regni XXIII. convenit exeunti anno MLXXVI. ab anno MLIV, quo electus & coronatus est Rex Henricus IV. vivo patre: vel certe ab an. MLIII. quo designatus ac propositus a patre Rex fuerat. At enim *Liutoldum* jam tunc *Ducem Carinthiæ* dictum vivo patre Marquardo fuisse, nisi ab Italibus, Ducis filium pro Duce appellantibus, vix adducor, ut credam: aut nisi pater ultiro filio decesserit. Marquardi Ducis demortui mentio recurret ad annos MCII. vel sequentem, & MCIV.

Bertholdum II. Zæringensem ægerrime tulisse, quod Liutoldus ducatum Carinthiæ, ac frater ejus Henricus Istriam a Cæsare obtinuissent, perhibet **BURKARDUS de Caf.**

1086. S. Galli Cap. 7. pag. 73. Script. Alem. Henricus IV. *Moguntiæ Kalend. Martii* MLXXXVI. Tabulas edidit, in quibus res aëta scribitur: „*Cum assensu Laicorum Ducis Boëmorum* „*Wratislai*, & fratribus ejus *Cunradi* *Ducis*, *Ducis Friderici*,

Du.

„ *Ducis Luitoldi . . . (BALBINUS Miscellan. Histor. Regni Bohem. Dec. I. Lib. VII. P. I. pag. 11. N. 9.)* Hic Liuto'dus haud dubie Carinthiæ Dux erat.

Liutoldum Ducem hoc anno MXC. extinctum fuisse, 1090. comprobant : ANNALISTA SAXO Eccardi Tom. I. pag. 573. Annales Hildesheim. Leibnitii Tom. I. pag. 732. Et adjecta alia notitia WALTRAMUS de Unitate Ecclesie Lib. II. Freberi Tom. I. pag. 309. qui ita scribit : „ *Eodem anno MXC. defunctus est Luidolfus Dux Carentinorum, cum & ipse appeteret regnum contra Imperatorem Henrichum.* Porro BERTHOLDUS CONSTANTIENSIS ad hunc an. repente deceperit Liutoldum refert, cum nuper uxorem aliam suæ superinduxisset, concedente Guiberto Antipapa.

Eodem hoc anno deceperit Bertholdus II. Zæringensis, æmulus Luitoldi, testibus: BERTHOLDO CONSTANTIENSI, URSTISII Parte I. pag. 363.) & Chronico Auguſtenſi Freberi Tom. I. pag. 505.

Animadverto, tertium jam æmularum par pro Duca-tu Carinthiæ, eundem annum postremum vitæ habuissè, nempe: Adalberonem & Cunradum II. an. MLX. Marquardum & Bertholdum I. an. MLXXVII. Nunc denique *Luitoldum, & Bertholdum II.* an. MXC.

Bertholdo II. Zæringensi successit filius Bertholdus III. 1090. Luitoldo vero frater *Henricus*, hujus nominis Dux Carin-thiæ secundus, antehac Marchio Istriæ. Hanc Henrici, *Heunicus*
Bertholdus III.

Mar-

Marquardi filii, successionem in locum Luitoldi comprobant documenta deinceps afferenda.

1096. In Tabulario illustris Cœnobii S. Lamberti Ordinis S. Benedicti, habetur diploma Henrici IV. Imperatoris, quo Abbatiam S. Lamberti, constitutam in Episcopatu Salzbure, in Comitatu Friesach, quam *Henricus Dux Carinthiaæ*, a patre suo ædificari cœptam, consummavit, multis gratiis Imperator donat, quam Abbatiam *Henricus Dux præsente Imperatore*, in tutelam Romani Principis, Petro Apostolorum Principi tradidit, præsente etiam Duce Welfone, per manus Burchardi Marchionis Anno Dominicæ Incarnationis Millesimo nonagesimo sexto. Indictione IV. Henrico Aº XLIII. regnante, Imperante vero tertio decimo. Veronæ feli- citer actum est.)

Ex hoc documento constat, inclytum S. Lamberti Monasterium, saltem anno hoc MXCVI. jam plene constitutum fuisse, quod anno saltem MLXXIII. si non antea, Marquardus Dux moliri cœperat. Complurium Imperatorum & Regum confirmatoria privilegia S. Lamberti, habentur in laudati Cœnobii Tabulario, quod multo locupletius esse ex apographis ad me benevole missis comperi, quam fallax rumor ferebat.

1097. De Henrico II. Duce ita HERMANNUS CONTRACTUS ad an. MXCVII. „ Idem Dux (Bajoariæ Welfo) adjutorium „ Heinrici Ducis Carentini & fratris ejus Aquilejensis Patriarchæ (Udal-

(Udalrici) coactus est adsciscere. Tabulas Henrici II. Ducas, quas memorat LAZIUS de Migrat. Gent. Lib. VI. pag. 181. & ex eo MEGISERUS Lib. VII. Cap. 9. in quibus anno MXCVI. Wilhelmus & Cunradus Comites de Starchant inter testes legerentur, mihi dubiae sunt fidei; tum quia Starchant non est familiæ, aut arcis nomen: cum etiam, quod confudisse videatur LAZIUS has tabulas cum illis, quas ad an. MCIII. indicabimus.

Longobardi in Palæstinam proficiscentes, permissu-
que Henrici Ducis Carinthiam transeuntes, Hungariam pe-
tunt. CONRADUS URSPERGENSIS ad an. MCI. pag. 250.)

Monasterio S. Lamberti Ord. S. Benedicti in Styria su-
periore, olim in Carinthia, varia donavit Dux Henricus, cum
familiæ suæ mentione: „... Quod Carinthiæ Dux Henri-
cus pro animæ suæ remedio, & dilectæ Conjugis suæ Lautkar-
dæ, & pro animabus patris & matris suæ Marchwardi &
„Liutpirgæ, fratrumque suorum, & aliorum parentum.... Inter testes: „Udalchalch Comes, Walt Comes de Riuna,
„Chunrat filius Udalchalchi Comitis, Wilibalm de Huninpurch,
„& Starchant Marchio de Soune, & frater ejus Udalrich....)
„Scripta est hæc notitia Anno Incarnationis Dominicæ Millçimo CII.
„Indictione X. VII. Idus Januarii.) Aut Indictio XI. aut
annus MCII. scribi debuit. BERN. PEZ. Thes. anecdot. Tom.
VI. seu Cod. Diplom. P. I. pag. 283. ad 286.)

Henrici II. Ducis primam Conjugem Liutkardam hic tenemus : alias duas eundem habuisse uxores , quod recte scripsit LAZIUS , docemur e documento anni MCLXX , inferius indicando , in quo diserte demortui hujus (*filii Marquardi*) Henrici Ducis Carinthiae Sophia tertia Uxor memoratur. Hanc Sophiam probabiliter jam ex *Msclo Chronico Gloknicensi* , Henrico asseruerat R. P. CALLES S. J. in *Annal. Austr. parte I. Lib. VII. pag. 427.*) Alteram Henrici uxorem Beatrixem vocat LAZIUS , quod isthic eidem credi potest , cetera assecuto. Fratres Henrici (præter *Luitoldum* Ducem) *Udalricum*, prius Abbatem S. Galli , deinde Patriarcham Aquilejæ : & Hermannum Episcopum Pataviensem , comprobatos legere est apud R. P. RUBEIS *Comment. Aquil.* a pag. 542. ad 558. Item apud R. P. MARC. HANSIZ S. J. *German. S. Tom. I.* Et apud Cl. PESLERUM in *Serie Ducum Carinthiae &c.*

1104. Henricus Dux fundationem Monasterii S. Lamberti ,
vel a patre suo Marquardo inchoatam, amplius perficit, & confirmans
1114. curat Moguntiæ a Cæsare & Principibus Imperii. „ Confir-
„ mata est autem hæc traditio apud Mogunciam in universali cu-
„ ria, præsentia, nutu, & auctoritate Hainrici Imperatoris quar-
„ ti Augusti Actum Mogunciae in Christo feliciter. Scri-
„ ptum XVI. Kalend. Februarii. Indict. VII. (corrigere XII.)
„ Anno Incarnat. Dom. millesimo centesimo quarto) (Di-
plomataria sacra Ducatus Styriæ P. II. pag. 274.) Sed inspe-
ctis pluribus hujus Chartæ apographis, dubito, an non hæc
ad

ad an. MCXIV. spectent, cui Indictio VII. convenit, & quo
Henricus V. Moguntiæ, Mense Januario Comitia habuit; at-
tamen utrius anno diversa confirmatio attribui potest.

Compactatio inter Paschalem II. P. M. & Henricum V. 1110.
Cæsareim refertur a MURATORIO *Script. Rerum Ital. Tom. III.*
P. I. pag. 360. 361. ubi hæc in rem nostram leguntur :
„ *Mediatores dabit Rex Domino Papæ Principes, quos petiit. . . .*
„ *Henricum Ducem Carinthia, Bertholdum filium Ducis Bertholdi. . . .*)
Et inferius in formula juramenti : „ *Ego Henricus de Cariu-*
„ *thia: ego Bertholdus, filius Ducis Bertholdi. . . .*)

Bertholdum, hic memoratum, censeo esse Bertholdi III.
Zæringensis filium natu majorem, quem ano MCXI. deceßisse
credo; quia eum annum emortualem PISTORIUS, nescio
ubi inventum, tribuit, sed non recte, Bertholdo II.; & ve-
ro neque Bertholdo III. *Duci* is annus mortis tribui potest.
Sane in præmisso diplomate is Bertholdus non vocatur *Dux*,
sed *filius Bertholdi Ducis*, quæ formula patrem viventem in-
dicat. Ratio etiam hinc patet, cur Bertholdo III. Conra-
dus filius natu minor in Ducatu successerit, præmortuo nem-
pe filio Bertholdi tertii Bertholdo juniore, sed filio natu majore.

At Bertholdus III. diserte *Dux Carinthia* appellatur ad an- 1106.
nos MCVI. & MCXIV. in *Chronica S. Pantaleonis Eccardi*
Tom. I. pag. 924. & 926. „ *Colonenses deditonem faciunt,*
„ *mediante Duce Bertolfo Carinthia.* Et infra: „ *Plures inge-*
„ *nui & militares trucidantur, & capiuntur, inter quos & Ber-*

„ *tolsus Dux Karintiorum, Cæsari fidissimus captus.*) Sed hic inanis titulus erat Ducis Carinthiæ. Laudata *Chronica regia S. Pantaleonis*, atque *Fragmentum historicum Urstisii parte II. pag. 84.* mortem Bertholdii III. adscribunt anno MCXXII. *Fragmenti auctor* porro hæc adjungit: „ *Omnes enim (Bertholdi Zæringii) usque ad præsentem diem Duces dicti sunt,*
 „ *nullum ducatum habentes, soloque nomine sine re participantes;*
 „ *nisi quis ducatum esse dicat Comitatum inter Juram, & mon-*
 „ *tem Jovis: vel a ducatu Carentano, quem nunquam habue-*
 „ *runt, Ducis eos nomine honorandos contendat.*) Bertholdi III. Patris sui terras ac titulos nactus est *Conradus*, præmor-tuo, uti diximus, Bertholdo juvene, filio Bertholdi III. Ducis natu majore. Vide nostrum *Caput II.* Prætereo hic ea testimonia, quibus *Conradus* noster non nisi *Dux Zæringiae* appellatur, vel *Burgundiae Dux*, qualia in *GUILLIMANNI Habsburgicis Lib. V.* producuntur, & plura ab *RDISSIMO HERGOTTO Geneal. diplomat. Tom. II.*

*Conradus
Zæringen-sis.*

1114.

Henricus V. Imperator, Petitione Henrici Ducis Karinthiæ, *dilectissimi nepotis nostri*; Privilegia confirmat & impertit Ecclesiæ, & Cœnobio S. Lamberti, quod Marquardus pater Ducis inceperat. Data XVI. Kal. Februarii Indictione VII. Anno Dominiæ Incarnationis MCVIII. (corrido XIII.) Regnante Henrico Quarto Rege Romanorum Anno VII. Imperante II. Actum est Moguntiæ in Christo feliciter. Amen. (Ex Tabulario S. Lamberti.) Annum Christi MCXIII. nempe loco V. ponendo X, re-scri-

scribendum esse , comprobant *Indictio* , & anni *Regni & Imperii* , quæ in *Henricum vulgo Quintum* , re ipsa *Imperatorem Quartum* , rite omnia conveniunt ad an. MCXIV.

Henrici II. Ducas mortem ex *vetus* *Annalibus* an. 1127. MCXXVII. ad diem XXV. Martii **LAZIUS** , & **MEGISERUS** consignarunt: Ille *Libro VI.* *migrat.* G. pag. 167. Hic *Lib. VII.* C. 36. pag. 756. qui diem notavit. Henricum hunc *Confobrium* *Henrici Quarti Imperatoris* , veterum Annalium fide appellat **LAZIUS**. Eundem *de Eppenstein* vocat *Fragmentum vetus Genealog. Biblioth. Vindobon.* apud *Hansiz Tom. II. Germ. S.* pag. 211.

Ducatus Carinthiæ e familia Muerzthalensium Comitum translatus est ad stirpem (haud dubie cognatam) Comitum de Lavanda valle, in *Henrico III. Engelberti filio* , quos recentiores appellant : Sponheimenses Comites de Ortenburg.

Auctor *vitæ Conradi I. Salisburgensis* , BERN. PEZ. *Thes. Anecdot. Tom. II. P. III. p. 240. & 242.* posteaquam narrasset *Henricum II. Ducem a Conrado Archiepiscopo* , nudis pedibus advenientem , *absolutionem ab interdictis sacris petuisse* , *veniamque persecutionum* ; *prosequitur ita* : „ *Post hunc Henricum (II. ejus nominis Ducem) persecutores habuit (Conradus) etiam Henricum III. qui junior appellatus est, & priore Henrico mortuo ducatum Carinthiæ obtinuit, & fratres ejus, Engelbertum, & Bernardum Comites.* „

1130. At non diu novus hic Henricus principatu gavisus est ; Engelbertum enim fratrem eidem suffectum fuisse anno MCXXX. post Februarium Mensem , ac probabiliter anno jam inclinante, ostendit R. P. MARCUS HANSIZ Germaniae S. Tom. II. pag. 227. e binis documentis. Prius est Fragmentum epistolæ Innocentii II. Papæ, qui hoc anno MCXXX. die XVII. Februarii electus fuit , ubi ita scribit Papa : „ Pro „ quibusdam Ecclesiis a te (Conrado Salisburgensi) interdictis, „ nos Henricus Dux Carinthiæ postulavit.

Posterioris documentum est Charta Lotharii Cæsaris, qua fundationem Undestorfensis Monasterii confirmat , præsentibus „ Engelberto Duce Carinthiæ... Engelberto Marchione... „ Acta sunt hæc Anno Dominicæ Incarnationis MCXXX. Indictione „ VII. In Curia Ratispone , feliciter amen. Extat apud HUNDIUM GEWOLDI Tom. III. Metrop. Salisburg. pag. 303. His accedit supra laudatus Biographus Conrad. Salisb. , qui Henricum juniores non multo post aditum ducatum deceſſisse perhibet.

De hoc Engelberto Duce vix quidquam e vetustis monumentis proferre possumus. Ex Traditione Monasterii S. Pauli in Carinthia colligunt recentiores : Engelbertum vitæ anteactæ pœnitentem se in Monasterium abdidisse : id quod omnino confirmat Necrologium Admontense , HIER. PEZ. Script. Austr. Tom. II. pag. 202. ubi demortui memoria ita adnotata legitur : „ II. Idus April. Engelbertus ex Duce Monachus.

An-

Annus abdicati Ducatus nos latet; attamen eum esse vel MCXXXV, vel proxime præcedentium aliquem, coniicio ex diplomatis sequentibus, ubi primum anno MCXXXV. Udalricus, Engelberti filius, & *Dux*, & *filius Ducis* appellatur, velut recente memoria abdicati a patre ducatus, idem etiamnum *Ducis* titulo honorandus videretur: tum deinde solus Udalricus *Ducis Carinthiae* titulo se offert.

Dum Lotharius II. Imperator Cœnobio S. Joannis in Madelhartstat gratias largitur; inter præsentes nominantur postremo post Marchiones & Palatinos loco: „*Udalricus Dux, filius Engelberti Ducis.*” Quod ipsum aut admodum juvenem fuisse Udalricum arguit, aut fortasse abdicacionem patris Engelberti, ac successionem filii, non dum ab Imperatore solemniter confirmatas fuisse. Datum Anno Dominicæ Incarnationis MC. tricesimo quinto, Indictione III. XVI. Kal. Aprilis. Ordinationis anno X. Imperii II. Actum Bambergæ, feliciter amen.) Indictioni addendum X. ut sit XIII. Cetera conveniunt. (HUNDIUS GEWOLDI Metrop. Salisb. Tom. II. pag. 319.

Udalricum Ducem cum Lothario II. hoc anno in Italia moratum fuisse, etiam in Curia Aquinensi, probat Celeb. Jo. JAC. MASCOVIUS in Lothario II. pag. 105. & 107. Lib. II. §. XXIX. & XXXI. & in annotat. pag. 349. ex Gattola.

Apud R. P. BERN. PEZ. Thesauri anecdote. Tom. III. P. III. pag. 627. exhibetur traditio Weringandi facta Con-

Circa
1138.

rado I. Archiepiscopo Salisburgenſi, cui : „ Romanus Gurcenſis Episcopus, Udalricus Dux de Karintia, & Bernhardus Co- „ mes interfuere. Annus quidem desideratur ; sed circa hoc tempus memorati omnes floruerent.

1138. Cunradus III. Rex Monasterio S. Blasii privilegia fir- mat, & nova confert. Testes . . . „ Engelbertus Marchio „ (Istriæ ut opinor, frater Udalrici) Udalricus Dux Carinthiæ, „ Poppo Comes de Andeſſe . . . Datum apud Babenberch anno „ Dominicæ Incarnat. MCXXXVIII. Indict. I. regnante Cuonrado Rege Romanorum III. anno vero regni ejus primo. Actum in Chriſto feliciter. Amen.) (MARQU. HERGOTT. Genealog. diplomat. Domus Austr. Tom. II. P. I. N. CCXIV. pag. 158.)

1142. Cunradus I. Salzburgenſis Præful Seccoviensi Cano- nicorum Collegio decimas confert : „ Actum hoc est Friesach. „ Anno Incarn. Dom. mill. cent. quadrages. secundo. Indictione quin- „ ta præsentibus, & adſtipulantibus Venerabilibus fratribus Alt- „ manno Trid. Romano Gurcenſi Episcopis. Hæc autem ut in- „ convulſa permaneant subscriptis certificamus testibus : Udalrico „ Duce, Otachero Marchione . . .) (Edidimus hanc Char- tam inter Diplomataria sacra Ducatus Styriæ Parte I. Seccov. N. III. pag. 143.)

Mortem Engelberti I. olim Duciſ huic anno assignat R. P. MARCUS HANSIZIUS S. J. German. S. Tomo II. pag. 242. his verbis : „ Obierat Engelbertus eorum pater Anno MCXLII. ut habet AVENTINUS, pridie Idus Aprilis, ut ve- tus

tus MS. Vetus hoc manuscriptum esse puto *Necrologium Admontense*, aut ex eo desumptum, ex quo solo dies obitus certus non haberetur.

Anno MCXLIII. aut sequente extinctum censeo Ducem Udalricum I. eique successisse filium Henricum IV. cuius fratres fuere *Udalricus*, & *Hermannus*. Hæc Tabula III. *Genealogica* proposuimus; rationem dabunt porro documenta sequentia.

Conradus I. Salisburgensis Reicherspergensi Cœnobio gratias largitur; memorantur illic: „Heinricus Dux Carinthia, & frater ejus Udalrich. Actum in Salzburg X. Kal. Novembris Indict. VIII.) Indictio indicat annum MCXLIV. qui non est adscriptus. (LUDEWIG. Script. Bamberg. Parte II. pag. 255. in Chronico Reicherspergensi.)

Nominatus isthic *Udalricus*, qui non *Dux*, sed tantum *Frater Ducis Henrici* appellatur, alias utique est ab *Udalrico*, qui anno MCXLII. solus *Dux Carinthia* consignatur. Itaque *Udalricus I. Dux* jam inter vivos non erat.

Conradi Ducis Zæringii mentio fit inter testes ita: Conradus Dux Carinthia. Refert TOLNERUS, in Cod. Diplomat. pag. 43. post Historiam Palatinam, hanc Chartam, a Conrado III. Rege editam apud Trajectum XV. Kalend. Novembris &c. MCXLV.

Conradus III. Rex, Obernburgensis Cœnobii, S. Benedicti Ordinis, in Styriæ & Carinthia hodiernis confiniis siti, pri-

Chronol. P. I.

F

vi-

1143.

1144.
Henricus
IV.

1145.

1147.

vilegia & fundationem confirmat ; testes . . . Henricus Dux Carinthiae. Engelbertus Marchio . . . Datum Idibus Februarii Anno MCXLVII.) Hujus Chartæ meminit VALVASOR Descript. Carnioliae Lib. X. pag. 208.) Hoc anno Conradus III. per Hungariam in Orientem movit post Pentecosten.

1147. Idem Chunradus Rex per Carinthiam , ut videtur, iter
^{vel} insistens, Ossiacensi Benedictinorum Cœnobio quædam confert ;
1149. inter testes : „ Henricus Dux Carinthiae . . . Datum in Foro
„ S. Viti II. Idus Maji Anno Incarnat. Dom. MCXLVIII. In-
„ dict. XI. MEGISERUS ANNAL. Carinthiae Lib. VII. Cap.
54. pag. 798.) & Indictio scribi debuit XII. & annus po-
tius MCXLVIII. vel Indict. X. & an. MCXLVII. Nam in
Majo anni MCXLVIII. Conradus III. in Palæstina degebatur.
Quare & Bernhardum Comitem Carinthiæ , Henrici Ducis
fratrem , qui teste Anonymo Leob. in Palæstina obiit , ante dis-
cessum Conradi Regis obiisse credo an. MCXLVIII. Aprili
Mense ineunte , aut exeunte Martio ; quia Necrologium Ro-
sacenſe MS^{tum} Bernhardi memoriam die VIII. Kal. Aprilis con-
signatam exhibit.

1149. Eodem tempore (anno MCXLIX. redeunte Conrado
Rege ex Palæstina) exarata videtur notitia variarum dona-
tionum Canoniae Seccoviensi factarum usque ad an. MCXLVII.
& ulterius , quibus ita subjungitur : „ Facta hac Traditio-
„ ne intra decem dies Chunradus Rex Frisachiam venit , cau-
„ samque superius dictam judicio Principum roboravit , & testes
„ ad-

,, adduxit , quorum sunt nomina: Otlieb Basiliensis Episcopus : Hein-
 ricus Dux de Karinthia , & avunculus ejus Hartmannus Mar-
 chio de Baden Engelbertus Comes de Gorze.) Vi-
 de si libet *Diplomataria sacra Duc. Styriæ Parte I.* pag. 146.
Seccov. N. VII.

Hartmannum seu Hermannum , Badensium Marchionem II. alium esse censeo ab Hermanno Provinciæ Veronensis Marchione , quem fratrem esse credo Ducis Carinthiæ Henrici IV , cujusque inter Conradi Regis socios in Palæstinam , meminit WILLERMUS TYRIUS *Histor. expedit. Sacrae Lib. XVII. Cap. I.* Bongarsii , *gesta Dei per Francos* pag. 910.) Vide no- strum *Caput V. de Serie Marchionum Veronæ.*

Conradus Zæringensis , & Carinthiæ Dux titulo , vi- 1152.
 tam terminavit anno MCLII. die VIII. Januarii. Si PISTO- Bertholdus IV.
 RIO acquiescimus , aut aliquot mensibus post , si GUILLI-
 MANNO , *Lib. V. Habsburgic.* pag. 284. 4^{to}. qui ita de obitu
 Conradi : „ *Paucis post (Martium anni MCLII.) Mensibus*
 „ *obiit etiam Cunradus Dux Zæringensis , sepultusque est in Mo-*
 „ *nasterio D. Petri ad Harciniam. Reliquit ex Clementia , Got-*
 „ *fidi Namurci , & Lucemburgi Comitis filia liberos*
 „ *quinque , Bertholdum IV. Zæringiæ Ducem , Rudolfum*)
 De die vel VIII. Januarii , vel II. Junii , obitus Conradi , ipse
 GUILLIMANNUS se dubitare fatetur , cum certus sit annus.

Ad Annum MCLIII. occurrit apud LUDEWIGIUM 1153.
Reliqu. MStorum Tom. XI. p. 553. in diplomate Friderici I.

Cæsar is inter testes : *Othelricus Dux Carinthiæ.* Sed mihi admodum suspecta est scriptura : *Othelricus*; in nullo quippe, præcipue Germaniæ, diplomate, *Othelricus Dux*, sed semper *Udalricus*, vel *Odalricus*, vel *Ulricus* legitur: præterquam quod constet Henricum IV. multis porro annis Ducem Carinthiæ fuisse. Et vero alter Henrici IV. Ducis frater Hermannus, serius circa an. MLIX. non nisi *Frater Ducis de Carinthia* salutatur.

1154. Non dum Zæringenses destitere ab usurpando *Ducis Carinthiæ* titulo. Cum Fridericus I. Rex Theobaldo Veronensi Episcopo privilegium peramplum conferret; testis inter ceteros legitur : *Bertholdus Dux Carinthiæ*, (nisi in apographo loco *Zæringiæ* subrepit *Carinthiæ*) . . . „ *Datum in campo qui „ vocatur Calegnus X. Kal. Decembr. anno Incarnat. Dom. MCLIII.* „ *Indictione secunda, regnante Friderico Rom. Rege glorioſo,* „ *anno vero regni ejus III.) (UGHELLUS Italiæ S. Tom. V. pag. 64.)*

Certior, veriorque paullo ante *Dux Carinthiæ* consignatus est in literis Eberhardi Episcopi Bambergensis, *Datis in territorio Brixinenſi XIII. Kal. Decembriſ Anno MCLIV.* ubi testis adfuit : *Henricus Dux Karentanus.* (*LUDEWIG Script. Bamberg. Tom. II. pag. 263.*)

1156. In celeberrimo illo Friderici I. privilegio, Austriacis Principibus dato (cujus autographum intemeratum vidi in Tabulario Austriaco Vindobonensi) inter testes hoc an. MCLVI.

occurrunt : „ *Henricus Dux Karinthiae : Engelbertus Marchio Istriæ*) In Chronico Auguftano apud Freberum , & in nonnullis aliis apographis male lectum fuit : *Hermannus Dux Karinthiae.*

In Comitiis Roncaliensibus adfuit *Dux Carinthiae* Hen- 1158.
ricus. (GOLDAST. *constit. Imp. Tomo III. pag. 335.*)

Sane Hermannum , Henrici Ducis fratrem , non dum 1159.
Ducis titulo inclaruiffe , monet documentum relatum ab UG-
HELLO Italiæ S. Tom. V. pag. 64. ubi de Mosacensi Cœno-
bio memoriæ causa plura recensentur : „ *Anno Domini MCLVIII.*
„ (ob Indictionem corigo LVIII.) *Indictione Octava*)
Testes . . . „ *Hermannus frater Ducis de Carinthia : Udalricus*
„ *Comes de Hunnaburch : Meinhardus Comes de Histria*)

Eodem : „ *Anno ab Incarnatione Domini MCLVIII. In-*
dict. VII. . . XII. Kalendas Martii, Dat. in loco Marcenco in Ter-
ritorio Terdonensi , dum Berzo Judex jussu Imp. Friderici I. deci-
dit litem inter Albertum I. Frisingensem Episcopum , & Eze-
linum de Basano ; præsentes adnotantur : „ *Herman-*
„ *nus Marchio Veronensis , & Henricus Dux Karentanus*)

Hermannus , licet natu minor frater Henrici Ducis , hic
eidein præponitur , sive quod ordinem non semper observa-
rint ii , qui testium nomina adscriptere ; sive quod in Italia
res ageretur , cuius portio erat Veronensis Marchia , jam se-
parata a Ducatu Carinthiae.

1160. Henricum Ducem, Friderici I. Augusti in Italica expeditione hoc biennio Comitem, sicutiunt literæ sequentes. Vidoni Archiepiscopo Ravennæ Fridericus Imp. confirmat privilegia, ubi testium loco habentur . . . , *Hermannus Marchio*, *Veronenſis*, *Dux de Carentana* (suspicio deesse literam H. seu *Henricus*, ante illa: *Dux de Carentana.*) . . . *Acta sunt*, *hæc anno Dom. Incarn. MCLX. Indict. VIII. Datum Laudæ*, *XVI. Kal. Maji.*) (**UGHELLUS** Ital. S. Tomo II. pag. 371. 372.

Deinde Pelegrino Patriarchæ Aquilejenſi Fridericus donat Bellunum; inter testes . . . , *Henricus Dux Carinthiæ*, *Bertholdus Dux Lotharingiæ*. . . . *Acta sunt hæc anno Domin. Incarn. MCLX. Indict. VIII.* . . . Data Papiæ in generali *Concilio post deſtruçionem Cremæ XV. Kal. Maji.*) (**UGHELLUS** Tom. V. Ital. S. pag. 151. 152.

1161. Fridericus rursum se beneficū exhibet Conrado Pataviensi Episcopo; testes . . . , *Henricus Dux Carinthiæ*, *Bertholdus Comes de Andeze* (*Andechs*) . . . , *Acta sunt hæc anno Dom. Incarnat. MCLXI. Indict. IX.* regnante Domino *Friderico Rom. Imperatore, Victore. Anno regni ejus X. Imperii vero XII.* (corrige VI.) feliciter Amen. Datum ante portas *Civitatis Mediolani tempore vastationis*, tertio Non. Junii.) (**HUNDIUS GEWOLDI** Tom. I. Metrop. Salisb. pag. 247. 248.)

Literæ publicæ, anni notis deſtitutæ, proferuntur in *Codice diplom. Admontenſi*, Bern. Pez. Thes. anecd. Tom. III. P. III.

pag. 714.) in quibus memorantur: „Heinricus Dux de Karintbia, & Hermannus frater Ducis... Bertholdus Comes de „Andechsen cognatus Henrici Ducis de Karintbia.) circa annum MCLX hæc charta exarata videtur.

Henrico IV. Duci Carinthiæ annus MCLXI. postremus fuit. Teste Chronico Admontensi Hier. Pez. Script. Austr. Tom. II. pag. 188. itemque Chronico Augustensi Freheri Tom. I. pag. 511. ubi & successor frater commemoratur ita: „Hainricus, Dux Carinthiæ, periit in Jonio mari, Hermannus frater ejus ducatum gerit.)

Herman-
mus.

Adulto demum Autumno Henricum Ducem periisse, inde conficitur, quod Junio denique Mense, aut postea, Heinrichus Dux a Friderico I. ad Manuelem Imperatorem Orientis ablegatus fuerit; de qua legatione verba fecere ANONYMUS LEOB. Hier. Pez. Tom. I. pag. 792. ad. an. MCLXVIII. plura, ut solet, coacervans: & RADEVICUS de gestis Friderici I. Lib. I. C. 74. Urstissi P. I. pag. 556. ad annum 1160. Sed annum MCLXI. reponendum esse diplomata docent. Verba RADEVICI sunt: „Ad Imperatorem quoque Græcorum Manuel nuncios dirigit (Fridericus I.) videlicet Henricum Ducem Carentanum, fortem, & exercitatum in bellicis consiliis virum, & Henricum sacri Palatii notarium.)

Neque Henrici IV. neque fratris ejus Hermanni, Duxum Carinthiæ, nomina uxorum ab antiquis prodita habemus. Attamen Henrici II. Ducis uxorem tertiam Sophiam

cer-

certo nocti sumus e sequente diplomate, cuius indicium fecimus superius ad annum MCIII. vel præcedentem. En Epitomen !

1170. Fridericus I. Imp. Cœnobii ad S. Lamberti, Ordinis S. Benedicti privilegia firma esse jubet: . . . „ Quæcumque „ Comes Marquardus, & filius ejus felicis memorie Dux Carin- „ thiæ Henricus eidem Ecclesiæ contulerunt: ad hæc etiam sibi con- „ firmantes, quæcumque post obitum prænominati Ducis, Sophia „ uxor ipsius tertia, conata est ab Ecclesia usurpatione violenta „ subtrahere . . . Hujus rei testes sunt: Hainricus Gurcensis „ Episcopus: Hermannus Dux Carinthiæ: Engelbertus Marchio de „ Kreiburg . . . Acta sunt hæc anno Dom. Incarnat. Millefimo „ centesimo septuagesimo, Indictione tertia. Regnante D. Friderico „ Rom. Imp. Glorioſo. Anno regni ejus decimo septimo: Imperii „ autem decimo quinto. Datum apud Friesach, quinto Nonas „ Martii.) (Diplomataria S. Ducatus Styriae Parte II. pag. 278. N. XXVI. Miscellan.)

1174. In Charta Friderici I. Augusti, qua firmat privilegia Cœnobii Benedictini ad S. Lambertum, inter testes: Hermannus Dux Karintiæ. Ratisponæ II. Nonas Julii an. MCLXXIV. Ex Tabulario laudati Cœnobii Lamberti.

1176. Hermannus Episcopus Bambergensis conferens tute- lam in Dietrichstein & S. Vito, ita scribit Hermanno Duci: „ Fideli & amico nostro Hermanno Duci Carinthiæ . . .) Extat apud LUDEWIG Scriptor. rerum Bamberg. T. II. p. 1127, hoc

hoc documentum , in cuius apograho , vel in typo , male scriptus est annus MCLXVI. quem anni regni Friderici I. XXIV. Imperii XXII. satis corrigunt , ut restituendus sit MCLXXVI.

Vetus inscriptio habetur Veronæ (quam refert Tom. V. 1177. Italiæ S. UGHELLUS pag. 799. 800.) his verbis : „ Anno Do- „ mini MCLXXVII. VII. Kal. Augusti , Indictione X. D. Alexan- „ der Papa III. dedicavit Altare majus Ecclesiæ S. Mariæ antiquæ „ Veronæ , in honorem Beatæ Mariæ Virginis , ubi interfue- „ runt & D. Hermannus , Marchio , & Dominus to- „ tius Marchiæ Veronenſis)

Isthic Hermannum Marchionem Badensem appellatum credo ; Ducis enim abest titulus : atque alia id consuadent , quæ Capite V. ordine exponentur.

Ast Hermanno Carinthio Epistolam hoc circa tempus inscripsit Vodalricus Patriarcha Aquilejæ , quæ ita inchoatur : „ Dilecto fideli suo H. inclito Duci Ka. cum sincera dilectione „ salutem . . .) Certiore ea reddit Ducem , de benevolo in eundem affectu &c. Repræsentat eandem epistolam R. P. DE RUBEIS Monum. Eccles. Aquilejenſis pag. 624.

Hermannum Ducem anno MCLXXXI. deceſſisse conſtat: mensem ac diem seu obitus ejus , seu anniversariæ memoriæ , ita memorat Necrologium Rosacense MS^{tum} : „ III. No- „ nas Octobris , Hermannus Dux.

1181. Hermanni Ducis obitum , & filii successionem ita *Chronicon Admontense* Hier. Pez. Script. Austr. Tom. II. pag. 190. perhibuit ad an. MCLXXXI. : „ Hermannus Dux Carinthiae *Udalricus II. vel III.* obiit : cui filius Oulricus puer successit. Consentunt de anno obitus *Chronica* duo , *Australe* , & *Augustense* , ambo *Freheri* Tom. I.

Udalricum & Bernhardum fratres fuisse , documentum anni MCXCIX. diserte docebit. Udalricum II. solemnni ritu hoc eodem anno MCLXXXI. institutum fuisse Carinthiae Ducem , *Chronicon Austriacum* Hier. Pez. Scriptor. Tom. I. pag. 563. ita enarrat : „ Hermannus Dux Carinthiae obiit , cuius filius , & „ filius Leopoldi , Ducis Austriae , ducatis patrum suorum in „ Erbfordensi Curia ab Imperatore (Friderico I.) investiuntur .) Solus Ulricus , natu major Hermanni filius , Dux appellatur : quin & anno MCXCIX. Bernhardus tantum frater Ducis legitur.

1186. Apud **UGHELLUM** Italiae S. Tom. V. pag. 807. &c. extat documentum , ubi Hermanni III. Badensis fit præcipua mentio his verbis :

„ In Christi Nomine Domini DEI æterni
 „ Anno a Nativitate Domini nostri JESU Christi MCLXXXVI. In
 „ dict. IV. Die Dominica II. intrante Novembri in Lepeja , in præ-
 „ sentia D. Armanni Theutonici Marchionis , & Domini totius
 „ Marchiae Acta fuerunt hæc in loco , qui dicitur Epeja . . .
 „ Pontificatus Domini Urbani Papæ III. anno I.

Hoc itidem anno MCLXXXVI. die VIII. Septembris, ut habet **PISTORIUS**, decepsit Bertholdus IV. Dux Zæringius, relicto filio Bertholdo V. ducatus Burgundici, vel Portionis, & fors tituli Ducis Carinthiæ, herede. Consentit de anno ac die obitus Bertholdi IV. **GUILLIMANNUS Habsburg.** L. VI. pag. 308. qui addit: eundem ad S. Petrum sepultum fuisse. Ducis Burgundiæ titulo usi sunt Bertholdus IV. & V. Vide *Caput II.* inferius.

Udalricus II. seu Ulricus, Dux Carinthiæ, qui puer **1192.** patri successit, sero nunc demum in monumentis publicis comparet. R. P. M. **HANSIZ.** S. J. **Geom. S. Tom. I.** pag. 338. ex Codice MSto bibliothecæ augustæ Vindobonensis hæc excerpit: In conventu Principum Ratisbonæ sub initium anni MCXCII. interfuerunt , Bertholdus Dux Meranie: **Ul-**
„ **ricus Dux Carinthiæ Datum Ratisbonæ IV. Idus Januarii.**)

Parthenoni Sacro Ordinis S. Benedicti ad S. Georgium in Carinthia liberalem se exhibet Ulricus Dux, atque **1199.** ita tabulas orditur: „ **In Nomine Sanctæ & Individuæ Tri-**
„ **nitatis ego Ulricus DEI voluntate Dux Karinthiæ, & frater**
„ **meus Bernhardus Datum in foro S. Viti II. Kal. Apri-**
„ **lis, Anno Incarnat. Dom. MCXCIX. Indictione secunda.** (**ME-**
GISERUS Annal. Carinthiæ Lib. VII. pag. 824.

Ulricum Ducem Carinthiæ anno MCCI. (vel jam **1201.**
antea) lepra correptum, Ducatum fratri Bernhardo con-
cessisse, atque anno proxime sequente vitam finivisse, **Bernhardus** **1202.**

refert MEGISERUS *Lib. VIII. Cap. 3. pag. 834.* ex AVENTINO, & LAZIO, quos ipse testes appellat.

Res ipsa sat probabilis fit ex diplomate anni MCCII. quo ante Januarii finem solus Bernhardus Dux producitur, qui antea non nisi frater *Ducis* audiebat. R.P. DE RUBEIS *Monum. Aquil. pag. 644. 646.* debemus tabulas concordiae inter Pelegrinum Patriarcham Aquilejæ, & Comites Goritiæ Meinhardum, fratremque ejusdem Engelbertum. „*Acta sunt ista anno Domini MCCII. Indict... Mensē Januario quinta die exeunte (XXVII. Januarii) apud Ecclesiam S. Quirini juxta Cormon. . . . Hæc autem omnia facta sunt verbo & auctoritate D. L. (Leopoldi) Ducis Austriae, Styriaeque: Duce B. (Bertholdo) Moraviae: (corrige Meraniæ) Duce Karinthiæ Bernardo. . . . &c. consentientibus.*

Reges ac Imperatores Germanicos deinceps affectatus fuit Bernhardus Dux: Philippum, Ottonem quartum, & Fridericum II. in quorum diplomatis testium numero insertus legitur.

1207. Philippus Rom. Rex semper Augustus Manegoldo Pataviensi Episcopo gratiam largitur. Inter testes Laicos primus est: „*Bernhardus Dux Carinthiæ. . . . Acta sunt hæc anno Domini MCCVII. Regnante Philippo Secundo glorioſo Romanorum Rege Augusto anno regni ejus nono. . . . Data per manus Sifridi regalis Aulæ Protonotarii IV. Nonas Novembriſ. Indictione X. (M. HANSIZ S. J. German. S. Tomo I. p. 351.*

In

In Ottonis IV. Imperatoris Charta apud Nürenberg. 1213.
 Data VI. Idus Maji MCCXIII. rursum testem se præbuit :
 Bernhardus Dux Karintbiæ (*Duellius Histor. Ordin. Teuton.* ob ^{vel} *Indict. XV.*
Appendicis pag. II.) *Ibidem pag. 12.* In Friderici II. (contra
 Ottonem anno MCCXI. electi) Regis Roman. Charta testis :
 „ Bernhardus Dux Karinthiaæ Datum apud Hagenovia An- 1214.
 „ no Domini MCCXIII. X. Kal. Februarii Indict. IV. (corri-
 ge II.) Itidem in Charta sequente Friderici II. eodem anno :
 „ Datum in Castris prope Juliacum Non. Septemb.) (Ibi-
 dem pag. 13.)

Parthenoni regali S. Mariæ Patavii , privilegium imper- 1217.
 tit Fridericus II. Cæsar ; inter testes : „ Bernhardus Dux Karin-
 thiæ , Otto Dux Meraniae Acta sunt hæc An. Domini
 „ MCCXVII. Datum in solenni Curia Nürenberg anno prætaxato
 „ XII. Kal. Februarii. V. Indict.)

Bertholdi V. Zæringensis Ducis , & suæ Stirpis ultimi 1218.
 mortem huic anno MCCXVIII. adscribunt *Annales Colmarienses*, *Urstissi Parte II. pag. 5.*) Filiolos quidem ex Ida Flan-
 drica suscepit duos, Fridericum & Bertholdum ; sed ii ante
 patrem decessere. Friburgi obiit Bertholdus , uti ex versi-
 bus antiquis , pro hoc anno , colligit *GUILLIMANNUS rer. Helvet. Lib. II. C. XIV. pag. 289.*)

In tabulis Friderici II. Cæs. apud *GOLDASTUM Conflit. Imper. Tom. I. pag. 292.* testium syllabo insertus est : „ Bernhar- 1219.
 „ dus Dux Carinthiaæ.

1220. *Bernhardus Dux Karinthiae Parthenoni Göffensi tradit ministerialem Ottонem de Mülberch . . . , Datum an. MCCXX.*
 „ *ad S. Vitum Indict. VIII. IV. Idus Januarii. (Diplomataria sacra Duc. Styriæ Parte I. pag. 38. Göffens. N. XX.)*
1227. *Apud RAIM. DUELLIUM Histor. ordin. Theuton. in appendice pag. 18. exstat documentum Henrici VI. Regis Rom. quo Ordini Teutonico gratiam confert. Inter testes Ludewicus Dux Carinthiae. Videtur post τὸ Ludewicus aliquid omissum fuisse, una cum nomine Bernhardus, ante: Dux Carinthiae. „ Actum Aquisgrani in Curia solenni. Anno ab Incarnatione Domini MCCXXVII. IV. Kal. Aprilis.)*
- Hoc etiam anno Transactio publicata fuit, inter Ecberum Episcopum Bambergensem, & Bernhardum Ducem Carinthiae, qua Dux Episcopo arcem Werdenberg cedit, eandemque a præfule Feudi titulo recipit . . . , „ Datum Græcii „ Anno MCCXXVII. XV. Kal. Decembris.) (LUDEWIG. Script. rerum Bamberg. Tom. II. pag. 1142.)
1228. *Consecrationi Ulrici I. Lavantinensis Episcopi interfueron honoris causa: Bernhardus Carinthiae, Otto Meraniae Duces: Henricus Marchio de Andechs; teste Chronica Augustensi Anno MCCXXVIII. Freberi Tomo I.*
1230. *Bernhardus Dux Carinthiae testis legitur in compluribus Chartis Friderici II. Imperatoris, quem assiduus Comes sequebatur per hosce annos.*

Quatuor Friderici II. diplomata anni MCCXXX. indicat Cl. PESLERUS in serie *Ducum Carinthia* pag. 70. nempe.

I. *Apud Fogiam in Aprili.* (HUNDIUS Metrop. Salisb. Tom. III. pag. 276.)

II. *Apud S. Germanum, Mensē Augusto.* (HANSIZ Tom. II. Germ. S. pag. 331.)

III. *Apud Anagniam, Mensē Augusto.* (LUNIG Spicil. Eccl. Cont. III. pag. 768.)

IV. *Prope Anagniam, Mensē Septembri.* (HUNDIUS Tom. I. M. S. pag. 110.) Sed apud Hundium male scriptum habetur Bertholdus (loco Bernhardus) *Dux Carinthia*; nam apud MEICHELBECK Tom. II. pag. 8. *Histor. Friesng.*, in hac Charta lego: *Pernhardus Dux Karinthia*.

Fridericus II. Imp. Medlicense Benedictinorum Cœnobium inferioris Austriae in protectionem recipit, Abbatे Walthero. Testes . . . , O. (Otto) *Dux Meraniæ*: B. (Bernhardus) *Dux Karinthia*. . . . Datum in Civitate Ravennæ „An. Dom. Incarnat. MCCXXXI. Mensē Januarii. V. Indictione.) (HUEBER Austria ex Archiv. Mellic. illustrata pag. 18.)

Porro Friderici II. diplomata hujus anni alia cum teste Bernardo Duce Carinthia laudatus PESLERUS pag. 70. & 71. commemorat, nempe tria: *Ravennæ data, Mensē Januario MCCXXXI.* Et rursum alia duo *In Foro Julii, Mensē Majo.* An. MCCXXXII. exarata, atque tertium eodem anno *Apud Portum Naonis Mensē Majo.*)

His

His adjungo aliud, relatum ab HEINECCIO in addendis &c. ad Syntagma de Sigillis pag. 219. 220. Friderici II. diploma, quo confirmat collata Principibus a filio suo Henrico Rege in Curia Wormatiensi; inter testes: „A. Dux „Saxoniæ. O. Dux Meraniæ. B. Dux Carinthiæ) „Acta sunt hæc anno Dominicæ Incarnationis mill. ducentesimo (ad- „do : tricesimo) secundo quintæ Indictionis. Imperante Do- „mino nostro Friderico secundo Romani ejus Imperii duode- „cimo, Regni Jerusalem septimo: Regni vero Siciliæ tricesimo „quinto, feliciter amen. Dat. apud Utinum, Anno, Mense, & „Indictione præscriptis.

1234. Bernardus Dux fundat Cisterciensi Ordini Monasterium in Landesfrot in Carnolia. *Vide Chartam anni 1248.*

1235. Tria anni MCCXXXV. diplomata, a Friderico II. publicata, queis testis inest Bernhardus Dux Carinthiæ Cl. PESLERUS rursum indicat in Serie Ducum Carinthiæ pag. 71.

I. *Apud novum Forum in Styria, Mense Majo.* (BERN. PEZ. *Theſ. Anecd. Tom. III. P. III. Cod. dipl. Admont. p. 682.*)

II. *Brixiae, Mense Augusto.* (LUDEWIG. *reliqu. MS. Tom. II. pag. 217. N. 19.*)

III. *Hanoviæ, Mense Augusto.* (LUDEWIG. *ibidem pag. 221. N. 21.*)

1236. Duas hoc anno Chartas Friderici II. PESLERUS com- memorat, alteram *Viennæ Januario Mense*, an. MCCXXXVI. alteram *Paviae, Mense Martio* datas: utrobique testis Bernhardus

Dux

Dux Carinthiæ. (BERN. PEZ. *Thes. Anecdot. Tom. VI.* seu in Codice Diplomat. Epistolar. P. II. pag. 88. 89. 90.

Gössensi Virginum Cœnobia quædam donat Bernhardus Dei gratia Dux Karinthiæ „ Acta sunt hæc ab Incarnatione „ Domini anno MCCXXXVI. in foro S.. Viti.) sine Mense ac die. (*Diplomataria Sacra Duc. Styriæ Parte I.* pag. 56. Gössens. N. XXXI.)

Fridericus II. Augustus confirmat privilegia Ordin. Teutonici domorum in Austria, Styria, & Carniola. Inter testes : „ Bernhardus Dux Carinthiæ Acta sunt hæc Anno „ Dom. Incarnat. millesimo ducentesimo tricesimo sexto, Mensa Fe- „ bruario decimæ Indict. . . . Datum Viennæ. Subjungitur annus Imperii XVIII. Regni Jerusalem duodecimus, Siciliæ tricesimus octavus.) Non satis cohærent Characteres annorum ; etsi sub Friderico II. varient numeri initii regnorum. Indictio X. anno MCCXXXVII. congruit. Extat diploma inter *Diplomataria sacra Ducatus Styriæ* P. II. pag. 181. 182. Teuton. I. N. II.

Styriæ Ordinibus privilegia confirmat Fridericus II. 1237. Imp. teste cum aliis Bernardo Duce Carinthiæ. „ Acta sunt „ hæc anno Dominicæ Incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo „ septimo, Mensa Aprilis, decimæ Indictionis Datum apud „ Anasum . . .) (LÜNING Reichs-Arch. P. Speciali Contin. I. §. V. de Styria, pag. 141. 142.)

Ad hunc an. MCCXXXVIII. testem Bernhardum Du- 1238. cem Carinthiæ in tabulis Friderici II. Paviæ exaratis, addu- Chronol. P. I. H cit

cit PESLERUS pag. 71. ex CRUSII Annalibus Sueviæ P. III.
Lib. I. pag. 44.

1239. Chunigundis miseratione Divina Abbatissa in Gösse confirmat renunciationem quandam, factam a Domino Conrado de Nusperch. Sigillum adjecit „ Bernhardus Dux Karinthiæ . . . Acta sunt hæc in Vridolosegebe anno Incarnationis „ Domini MCCXXXVIII.) (Diplomataria S. duc. Styriæ Parte I. pag. 64. Gössenf. N. XXXV.)

1242. Nos Bernhardus Dei gratia Dux Karinthiæ &c. tractatur de pactis liberationis Friderici Gosse de Griven, quem captivum detinebat Comes Henricus de Ortenburg. Fit mentio Wilhelmi Comitis de Hunnenburch. Testes: „ Ulricus Venerabilis Gurensis Episc. : Bernhardus filius noster . . . Acta sunt „ hæc anno Domini MCCXLII. Indictione XIII. V. Idus Septembr. (Autographum vidi in Tabulario Austriaco.)

1243. Bernhardus Dei Gratia Dux Carinthiæ, confert Gyriensi Cartusiæ aream pro domo extruenda in urbe Labaco, & immunitatem a teloniis . . . „ Actum Anno milles. ducent. quadrag. „ tertio. Idibus Aprilis. Indictione I. (Diplomataria Sacra duc. Styriæ P. II. pag. 141. Gyrienf. N. VI.)

1245. Ulricus, Bernhardi Ducis filius, ex Juta Primizlai II. Bohemiæ Regis filia, cum ducentis equitibus in Bohemiam venit, opem latus Wenceslao III. Regi Bohemiæ contra Fridericum bellicosum Austriæ Ducem. Pugna prope Laa conferta, victor Fridericus Ulricum captivum nactus est cir-

ca anni MCCXLV. finem, eumque deinde in Castrum Stätz deducendum curavit. Anno sequente libertati restitutus videtur Ulricus, qui cetera inter paœta spoponderit: ducturum se Agnetem Meraniam, a Friderico Austrio, cum Episcoporum consensu, dimissam.

Hæc fusiſ relata, atque ex PERNOLDO, HAGENO, 1248. HASELBACHIO &c. comprobata habentur apud R. P. CALLES S. J. *Annal. Austr. Lib. V. pag. 329. &c. 340. &c. Partis II.*) Duxit Ulricus dein eandem Agnetem an. MCCXLVIII. Vide Dispensationem Innocentii IV. P. BALUZII *Miscell. Lib. VII. pag. 450.*

Inſigne documentum protulit R. P. DE RUBEIS. *Monum. Aquil. pag. 722. &c.* quo Bernhardus DEI gratia Dux Carinthia, fundatum ab ſe an. MCCXXXIV. Cœnobium Cisterciensium Fontis S. Mariæ in Landestrot, nunc *An. MCCXLVIII. Indictione VII. Octavo Idus Maji*, liberalius firmat: „Pro re- „medio animæ noſtræ, nec non futæ uxoris noſtræ, ac Ulri- „Bernhardi, Philippi, filiorum noſtrorum, Margarethæ filiæ noſtræ. . . . Cujus rei teſtes ſunt Philippus filius noſter, qui „poſt Datum primi Privilegii (An. MCCXXXIV.) in Salisbur- „genſem Archiepifcopum electus eſt; & Ulricus filius noſter senior...)

Indictio VII. Menſe Majo congrueret anno MCCXLVIII. Attamen eundem & Anni, & Indictionis numerum lego apud Baronem VALVASOR *descript. Carnioliae Tom. III. Lib. XI. pag. 335.*)

1249. Munificus quoque in Cistercienses ad S. Crucem in Austria fuit Bernhardus DEI gratia Dux Karinthiæ annum eisdem oleum assignando. „ Datum Anno Domini MCCXLIX.) (BERN. PEZ. *Thes. Anecdot.* Tom. VI. P. II. pag. 100.)

1250. Bertholdus Patriarcha Aquilejæ confirmat Monasterio in Landestrot ea, quæ Bernhardus Illustris Dux Karinthiæ eisdem donaverat. Datum in Monasterio Sitticensi An. MCCL. die XII. Augusti. Indictione octava. (RUBEIS *Monum Aquil.* pag. 725.)

Tabulas Concordiæ inter Bertholdum Patriarcham Aquilejæ, & Nobilem Virum Ulricum, filium D. Bernhardi Illustris Ducis Carinthiæ, ubi & mentio fit Dominæ Agnetis nepotis Patriarchæ, & mariti ejus præfati Domini Ulrici. Actum in Stain, ineunte Septembri MCCL. produxit Illustrissimus Dominus Comes Coroninus in Tentamine Chronologico Comit. & rerum Goritiæ, ab se multum amplificato.

1251. MEICHELBECKIUS *Hist. Frising.* Tom. II. P. II. N. XV. pag. 8. illustre diploma adfert, quo : „ Nos Ulricus filius Bernardi Ducis Karinthiæ, & Dominus Carniolæ Restituuntur quædam Ecclesiæ Frisingensis : „ quæ pater „ noster Bernhardus inclitus Dux Karinthiæ, contra debitum juris „ detinet. Datum in Lok. Anno Domini MCCLI. Indict. X. „ (vel IX.) XVI. die exeunte Junio.

Ithic Ulricus non dum Dux, sed Filius Ducis, attamen e Carentanis Principibus primus Dominus Carniolæ scribitur,

tur , quem titulum antea sibi adjecerat Dux Austriae Fridericus Bellicosus , uti Capite VI. pluribus exequemur .

Hoc etiam anno , die & mense latente : Bernhardus Dei gratia Dux Karinthia ad sepulchra Majorum suorum in Monasterio S. Mariæ in Newenburch , perpetuum lumen fundat . „ Actum in S. Vito : Anno gratiæ MCCLI. Indictione VIII.) Potius VIII. BERN. PEZ. Thesauri anecdote. Tom. VI. Parte II. pag. 100.

Duo documenta anni MCCLII. R. P. MEICHELBECK 125²
vulgavit , Hist. Frising. Tomo II. P. II. N. XXI. & XXII. pag.
10. ad 12.) quorum priore Ulrici , filii Ducis Karinthia , iterata
fit mentio , qui jam negotia loco patris tractabat , atque in
subscriptione legitur : Nos Ulricus filius Ducis Karinthia subscri-
bimus. Quare quod in decursu semel legatur : dicti Domini
Ulrici Ducis Karinthia , id aut minus accurate scriptum puto ,
aut omissum τὸ F. ante Ducis . . . „ Aëta sunt hæc anno Do-
mini MCCLII. II. Nonas Augusti Indictione X. apud Lok . . .
Datum . . . Idus Aug.)

In altero documento jussu Papæ Innocentii IV. ex-
communicationis minis percellitur , & ipsum fulmen vibra-
tur in Bernhardum illustrem ducem Karinthia seniorem . . . „ Da-
„ tum apud Judenburc. Anno Domini millesimo , ducentesimo , quin-
„ quagesimo , secundo. XVII. Kal. Septembris , decimæ Indict.)
Tametsi hic Bernhardus Dux Karinthia senior appelletur , non
consequitur , Ulricum etiam Ducem Carinthia fuisse , sed curas

ducales loco patris suscepisse ; nam alioqui & *Ulricus* sese *Ducem* hoc anno subscripsisset, & excommunicatio ob detenta prædia Frisingensis Ecclesiæ, in *Ulricum* etiam stringi debuisset.

Sane in privilegio Victoriensi Cisterciensium Cœnobio concessso hoc anno MCCLII. *Ulricus* ita se appellat : „*Nos* „*Ulricus Dei Gratia heres ducatus Carinthiæ*. Hujus documenti mentionem facit SCHOENLEBEN Origin. Habsburg. P. II. Prolegom. C. VII. §. I. N. XII. pag. 115. ex manuscriptis.

1254. Et vero apud eundem SCHOENLEBEN ibidem, alia in Charta anni MCCLIV. legitur duntaxat : *Ulricus filius D.* (Domini) *Bernardi Ducis Carinthiæ*, in privilegio Sitticensibus dato. Quare in tertio documento, *ibidem* indicato, quo ad

1255. an. MCCLV. *Ulricus Dei Gratia Dux Carinthiæ*, Freudentalensi Cartusiæ liberalem se exhibuit, aut anni numero unitatem addendam suspicor, aut sub anni finem senio & morbis frætus Bernhardus, filio Ulrico Ducis dignatione omnino decessit.

Ulricus III.

1256. Enim vero anno MCCLVI. ineunte, vita functum fuisse Bernhardum, Chronicon Augustense Freberi Tomo I. pag. 531. ita memorat : „*In ipso Mensē (Februario) Bernhardus Dux Karinthiæ obiit ; Ulricus filius ei succedit.*” Similia Continuator Martini Poloni, Eccardi Script. Tom. I. pag. 1422, qui addit : sepultum fuisse in Carinthia Bernhardum : „*in monte sancti Pauli de valle Laventina cum prijlinis Ducibus sepelitur, relictis duobus filiis, (Ulrico, & Philippo, præmortuo Bern-*

„*har-*

,, hardo) ex filia Regis Bohemiae (Primislai Ottocari II. Juta)
 „ progenitis.)

Haud satis cohærere videntur hæc, de loco sepulturæ Majorum Bernhardi Ducis Carinthiæ ad S. Paulum, cum iis quæ in Charta Bernhardi Ducis MCCLI. de simili sepultura in Cœnobio S. Mariæ Newenburch memorata sunt; nisi dicas, Ducum Carinthiæ, Bernhardi Majorum, alios in Newenburch (seu Claustro-Neoburgi in Austria, seu in Carinthia) alios ad S. Paulum in valle Lavantina depositos fuisse: aut τὸ: Majo- res in diplomate latius acceptum est pro Cognatis; nam in Ca- rinthia locus Neuburg, seu Newenburch non reperitur.

ANONYMUS LEOBIENSIS, Hier. Pez. Tom. I. Script.
Austr. p. 823. certo peccat in anno obitus Bernhardi MCCLVII. Bernhardum porro juniores, Ducis filium, ad S. Mariam in Landestrot: patrem vero Bernhardum seniorem ad S. Pau- lum in valle Laventina quiescere perhibet. De die & men- se obitus Bernhardi Ducis certo non constat. Necrologium *MS^{tum}* Rosacenſis olim Cœnobii, ita habet: „ II. Nonas Ju- „ nuarii Bernhardus Dux. Sed Necrologia non semper diem mortis designant.

Novus aut solus jam Carinthiæ Dux Ulricus Cistercio Runensi in Styria beneficia confert: „ Nos Ulricus Dux „ Carinthiæ, & Dominus Carniolæ . . . Pro remedio animæ „ patris nostri, bonæ recordationis, Bernhardi quondam illuſtris „ Ducis Karinthiæ, Cœnobia in Runa septem mansos in Villa

Scheu-

„ Scheuflich Acta sunt hæc anno Domini Millefimo
 „ ducentesimo quinquagesimo sexto. Indict. XIV.) (Diplomata-
 ria S. ducatus Styriæ P. II. p. 38. Runens. N. XX.) In
 Repertorio Austriaco MSto epitome Chartæ ad an. MCCLVI.
 ita adnotata legitur : „ Dux Ulricus de Carinthia recipit sub
 „ protectionem Comites Heinricum, & Fridericum de Ortenburg :
 „ & contra, Comites se obstrinxerunt obsequio Ducis contra quosvis,
 „ exceptis Com. Ulrico de Sternberg, Com. Ulrico de Heunburg,
 „ Com. Henrico de Pfannenberg, Wolfingo de Stubenberg, & Co-
 „ mite Meinbardo de Gorz, si ipsius (Meinhardi III. Albertus II.)
 „ filius duxerit Ortenburgicorum sororem.)

1257. Castrum Juris Frisingensis ultro resignat Ulricus, anno
 MCCLVII. uti opinor, scribendo : MCC. & LVII. loco
 MCCXLVII. quia anno hoc non dum competebat Ulrico
 soli negotia, sine patris mentione, tractare, neque cum titulo isto:
 „ Nos Ulricus Dei Gratia Dux Karinthiæ, Dominus Carn. con-
 „ stare volumus Datum in Laibaco anno Domini MCCXLVII.
 „ in die beati Rudeberti.) (R. P. MEICHELBECK. Histor. Fri-
 sing. Tom. II. P. II. N. X. pag. 5.)

1259. Gössensi Parthenoni : „ Nos Ulricus Dei gratia Dux
 „ Karinthiæ, & Dominus Carniolæ : confirmamus ea, quæ
 dederat : „ Pater noster B. quondam illustris Dux Karin-
 „ thiæ Datum in Göss die S. Panagratii MCCLIX.)
 (Diplomataria sacra ducatus Styriæ Parte I. pag. 39. Gössens.
 N. XXI.)

„ Ottokarus Dei Gratia Dominus Regni Bohemiae , Dux
 „ Austriae & Styriae , Marchio Moraviae &c. Runensibus quæ-
 dam confirmat. Testium Laicorum primus : „ Illustris Dux
 „ Karinthiae Ulricus cognatus noster Datum in Grætz , Anno
 „ Domini MCCLX. in die Natalis Domini. Quod si anni ini-
 tium a Natali Domini die sumtum fuisset , Charta ad annum
 MCCLIX. referenda esset.

„ Ulricus Dei gratia , & miseratione divina Dux Karin- 1260.
 „ thiæ , ac Dominus Carniolæ , fundat Cartusiam in Vröniz ,
 seu Freudenthal , designatam olim a Bernhardo patre suo.
 „ . . . Acta sunt hæc anno gratiæ Domini millesimo ducentesimo se-
 „ xagesimo , Calendis Novembris , Tertiae Indictionis. (BARO
 VALVASOR descriptio Carniolæ Lib. XI. pag. 141. item R.
 P. DE RUBEIS Monum. Aquilej. pag. 728.) Apud eun-
 dem pag. 749. &c. memoratur documentum , quo Ulricus
 Dux Carinthiæ quædam donat , pro damnis illatis Ecclesiæ
 Aquilejensi , ejusque Patriarchæ Gregorio , An. MCCLXI. 1261.

Gössensi rursum Parthenoni Ulricus confirmat donatio-
 nem factam de loco Lebenach Datum ad S. Vitum Anno
 MCCLXI. III. Nonas Aprilis.) (Diplomataria Sacra Ducatus
 Styriæ P. I. pag. 81. Gössens. N. XLVII.)

Ulricus Dux Carinthiæ fundationem Hospitalis San- 1262.
 eti Antonii in Pocksruk , factam ab Ottone I. Duce Me-
 raniae , Socero suo , confirmat Agnetis Uxor , & filii Hen-
 rici consensu , pluraque indulget. R. P. Anton. STEYERER
 Chronol. P. I.

*Tom. III. MStorum, ex tabulario Cœnobii Victoriensis, Ord. Ci-
sterc. prope Clagenfurtum.*

Testatur etiam *Anonymus Leob.* ad an. MCCLVII. Hier.
Pez. Tom. I. Ulricum Ducem ex Agneta Merania genuisse
filiū & filiam.

Idem *Anonymus ibidem* mortua Agneta Merania priore
uxore, Ulricum duxisse narrat *aliam Agnetem, filiam Gertrudis*
*Marchionissæ (Austriæ, & Hermanni Badensis) sororem Fride-
rici juvenis Padensis.*

1263. Annum secundis his Ulrici Ducis nuptiis certum te-
nemus ex HORNECK: *Chronico rhythmico Cap. XVII. Script. Austr.*
Hier. Pez. Tomo III. item ex *Chronico Australi, & Neoburgensi.* Po-
sterius hoc matrimonium sterile fuit.

,, *Ulricus DEI Gratia Dux Carinthiæ, Dominus Carniolæ..:*
Equitum Teutonicorum in Laybaco jura confirmat. *Actum*
in Clauſtro Landſtrot V. Non. Maii. MCCLXIII.) (DUELLIUS
Hist. Ord. Teuton. P. III. Cap. VI. pag. 103.

Sigillo etiam suo hoc anno Ulricus Dux munit chartam
fundationis Parthenonis in Studeniz, Ordin. S. Dominici . . .
,, *Datum MCCLXIII. VIII. Kal. Junii.)* (Diplomataria sacra
duc. Styriæ P. II. pag. 298. &c.

Paullo post idem „ *Ulricus DEI Gratia Dux Carin-
thiæ, Dominus Carniolæ : Ecclesiæ & Cœnobio Benedicti-*
norum in Obernberg (seu Oberburg) possessiones stabilit...
,, *Datum apud Stain, Anno Domini Millesimo ducentesimo sexa-*

gesimo tertio, in Festo SS. Apostolorum Petri & Pauli. (Diplomat. S. duc. Styriae Parte II. pag. 292.)

Denique eodem anno Ulricus Seccoviensi Canonicorum Collegio nonnulla largitur. . . . „ Actum & datum in „ Secconde Anno Dom. milles. ducent. sexag. tertio: prima die in „ trante Augusto.) (Diplomataria sacra duc. Styriae Parte I. pag. 222. Seccov. N. LXXIX.)

Mirabilem Ottokari Bohemi chartam nobis exhibuit 1264.
R. P. PHILIBERTUS HUEBER Austriae ex Archiv. Mellic. illustratæ L. I. Cap. IV. pag. 25. hoc titulo: „ Nos Ottakarus Dei „ Gratia Bohemiae Rex, Dux Austriae, Styriae, ac Carinthiae, Mar- „ chio Moraviæ, Dominus Carniolæ, Marchiæ, Egræ, Portusque „ Naonis. Confirmat privilegium Mellicensibus concessum a Friderico Duce Austriae „ Datum Viennæ Anno Domini MCCLXIV. III. Nonas Aprilis.) Sigillum vero etiam scutum Carinthiae hodiernum exhibit ibidem Tabula IV. N. 4.

Quoniam Ulricus Dux Carinthiae Anno demum MCCLXVIII. Mense Decembri (ut inferius dicetur) terras suas Ottokaro publico documento transcripsit, post obitum suum possidendas, qui anno MCCLXIX evenit; Ottokari porro diplomata reliqua usque ad annum MCCLXX. Carinthiae Ducis titulo carent: suspicari quisquam haud injuria posset, in Charta ista omissum esse τὸ X, atque legendum annum MCCLXXIV.

At enim in *Tabulario Austriaco* altera extat Ottokari Regis Charta, hoc item Anno MCCLXIV. signata, qua feuda privato confert, & cuius sigillum simillimum est ei, quod apud HUEBERUM delineatum ruditer habetur, cum adjecto *Carinthiæ Scuto*; attamen in titulo hujus Chartæ initiali non legitur: *Dux Carinthiæ*. Chartam hanc & sigillum ipse inspexi, quin fraudis vestigia se darent. Hoc primum an. MCCLXIV. novum Carinthiæ Scutum in Ottokari sigillo isthoc animadvertis; Ulricus tamen *Dux Carinthiæ* ante, & post hunc annum, vetere suo sigillo (quod Styriacæ Pantheræ ferme geminum cernitur) constanter est usus.

1265. „ *Ulricus Dei Gratia Dux Carinthiæ, Dominus Carniolæ* confirmat Cisterciensibus in Landestrot collata a Patre suo Bernhardo Duce. „ *Datum anno Domini MCCLV.* (corrigere „ LXV.) *Indictione VIII. in Castro nostro Landestrot.*) Testibus: *Domino Friderico Marchione de Verona, consobrino nostro.* (R. P. DE RUBEIS *Monum. Aquil.* pag. 726. & 727. qui etiam ex Bellono refert: hoc anno inter Ulricum Ducem, & Gregorium Patriarcham Aquilejæ, initas fuisse pacis conditiones.

Cum Frisingensis Ecclesiæ Episcopo Chunrado, Carinthiaca negotia quædam constituit tribus chartis Ulricus Dei gratia Dux Carinthiæ, Dominus Carniolæ & Marchiæ. „ *Datum Laibaci X. Kal. Julii MCCLXV.*) Aliud: *Datum Lok. XII. Kal. Octobris.* (MEICHELBECK *Histor. Frising.* Tom. II. P. II. pag. 45. &c. N. LXXII. LXXIII. LXXIV.

Ulricus Dei Gratia Dux Karinthiæ, Dominus Carniolæ & 1266.
 Marchiæ, Ministeriali suo concedit aliqua in utilitatem Ec-
 clesiæ Frisingensis. Actum & datum in Chrainburch Anno Domini
 MCCLXVI. XI. Kal. Septembris. Documentum protulit R. P.
 MEICHELBECK Historiæ Frising. Tom. II. P. II. N. LXXXI.
 pag. 51. Testes: Ulricus Comes de Sternberch, Ulricus Com. de
 Henniburch, Fridericus de Petaw . . . Alhericus præpositus Sancti
 Virgili, Vice-Dominus noster per Carinthiam . . .

Meinhardus & Albertus fratres, Comites Tyrolis & 1267.
 Goritiæ, partitionem terrarum suarum constituunt, teste etiam
 Ulrico Duce Karinthiæ. Datum Leontii die VIII. Febr. MCCLXVII.
 (R. P. ANTON. STEYERER S. J. Collect. MS. Tom. VI. N. 39.

Seizensi Cartusiæ vetera firmat, & nova largitur Ulri-
 cus hoc titulo: „ Nos Ulricus DEI Gratia Dux Karinthiæ, &
 „ Dominus Carniolæ . . . Datum in Scheitz prope Laybacum, An-
 „ no Domini MCCLXVII. XI. Kal. Junii. Integrarum Chartam
 refert BERN. PEZ. Codice Diplomat. Epistol. P. II. pag. 114.)

Idem Dux, eodem titulo, apud eundem PEZIUM pag.
 eadem a jurisdictione sua, & a judicio sanguinis eximit homi-
 nes Peregrini plebani de Meyngalburch: „ Acta sunt hæc apud
 „ Vulminum (forte: Tulminum) in Camera Parochiali . . .
 „ Datum Anno Domini MCCLXVII. X. intrante Junio. X.
 Indictione.)

Hoc demum anno Ulricum Teutonicorum Equitum Ordi-
 ni quædam contulisse innuit RAIM. DUELLIUS, Histor. Ordinis

Teuton. Parte II. pag. „ Actum in Lok Anno Incarn. Dom. Millesimo, ducentesimo, sexagesimo, septimo.) Dies deest.

1268. Johanni Abbatii in Obernburg (Benedictinorum olim Cœnobio) confirmantur termini alpium Losek & Erlau &c. in finibus Styriæ, & Carinthiæ, hoc initio & fine: „ Nos „ Ulricus Dei Gratia Dux Karintiæ, Dominus Carniolæ, & „ Marchiæ &c. . . . Datum Labaci in Castro nostro Anno „ Domini MCCLXVIII. Indictione undecima, in die S. Alexii „ Confessoris XI. Julii. (Diplomataria sacra ducat. Styriæ Parte II. pag. 293.)

Ottokarum Bohemiæ Regem Ulricus Dux successorem sibi, quippe cognatum, destinat, si ipse sine legitimo herede decesserit. In hac charta nulla fit mentio Philippi, fratris germani Ulrici Ducis, nullus item memoratur consensus aut consilium Provincialium, aut Ministerialium Carinthiæ. Philippus quidem Clericali vitæ adscriptus, antea Wissehradensi Ecclesiæ Præpositus, deinde anno MCCXLVI. Salisburgensis Archiepiscopus electus, at non consecratus, ingentes turbas dedit: de quo HANSIUS Germ. S. Tom. II. pag. 344. &c. videri potest. Memoriam vero Ulrici Ducis chartam, quia vitiose relata fuit a PESSINA DE CZECHOROD Martis Moravici Libro III. C. VII. pag. 367. & quod summi in re Carinthiaca sit momenti, correctam, integrumque repræsentabo ex autographo.

„ In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis Amen. 1268.

„ Nos Ulricus Dei gratia Dux Karinthiæ, Dominus Carnio-
„ læ omnibus in perpetuum. Cum ineffrænata rerum cupi-
„ ditas, quæ mater est litium genitrixque discensionum in
„ hominibus, quibus pacem reliquit ac quietem disposuit
„ Rex pacificus & æternus, callumpniarum materiam pariat,
„ causasque novas fuscitet litigandi, expediens esse dinosci-
„ tur & salubre ad cautelam & evidentiam futurorum, ut tra-
„ ctatus rationabiles & facta digna memoriæ in scripta publica
„ redigantur, ut ex scripturæ testimonio rei gestæ habeatur
„ notitia, & quælibet calumpniandi materia apud posteros
„ auferatur. Hinc est, quod ad notitiam omnium cupimus
„ pervenire, quod nos interioribus oculis diligentius intuen-
„ tes, quod nulla sit stabilitas status humani & ad mortis
„ interitum sit transitus omnibus generalis, nosque etiam ex
„ divina provisione, cujus dispensatione provida singula gu-
„ bernantur, hæredibus careamus, Dominum Otachrum Se-
„ renissimum Regem Bohemorum, Ducem Austriæ & Sty-
„ riæ, ac Marchionem Moraviæ, præsertim cum sit Nobis
„ consanguinitatis vinculo alligatus, multaque amicitiæ be-
„ neficia ac indefessa dilectionis argumenta percepimus ab
„ eodem, hæredem nostrum statuimus, ita, quod post
„ mortem nostram, si sine filiis & filiabus decesserimus, per
„ nos legitime generatis, terras nostras, proprietates ac
„ pheoda, seu alia bona nostra, quocumque ipsa possessio-

„ nis

„ nis titulo teneamus, possidere debeat libere & quiete,
„ talibus tamen conditionibus interjectis, quod redditus
„ centum marcarum de hæreditate nostra locis religiosis le-
„ gabimus, in quibus nobis placuerit, ut nostræ deposicio-
„ nis memoria specialiter peragatur. Si autem de bonis
„ nostris præfatus Dominus Rex aliquid addicere voluerit,
„ inchoatæ a nobis charitatis opus pro animæ nostræ re-
„ medio ampliando, illud suæ sinceritati ac fidelitatis con-
„ stantiæ duximus relinquendum. Ad hæc etiam, si forte
„ charissima Uxor nostra per mortis diuortium fuerit separa-
„ ta a nobis, aliamque duxerimus legitime in Uxorem, bo-
„ na, quæ pro dote eidem secundum consilium dicti Regis
„ decreverimus assignare, post mortem nostram pacifice ac
„ fine contradictione qualibet possidebit. In cuius rei testi-
„ monium ipsi dedimus præsentes literas sigilli nostri munimine
„ roboratas. Testes autem sunt Albertus Comes Goritiæ &
„ Tyrolis. Magister Petrus Præpositus Wissegradensis, Regni
„ Bohemiæ Cancellarius. Ulricus Comes de Hevnenburch.
„ Henricus Comes de Hardekke. Liber de Cauriaco. Ulri-
„ cus de Riffenberch. Jeroslaus frater Galli. Smilo de Bru-
„ mowe. Hartlebus Camerarius Moraviæ. Chvnradus Præ-
„ positus Brvnensis & alii quam plures fide digni. Datum in
„ Podibrat. Anno Domini MCCLXVIII. pridie Non. De-
„ cembri. Indictione XI.)

Sigillum Equitem Ulricum refert, in cuius Scuto Panthe-
ræ Styriacæ species.

Hoc

Hoc demum anno Ulricus Dux, si *Salzburgensi Chro-*
nico apud Hansizium Tom. II. pag. 363. assentimur, ob damna
 Ecclesiæ Salzburgensi illata, facti pœnitens, ut ea sarciret,
 contulit prædictæ Ecclesiæ Civitates, *fora*, & *castra S. Viti*,
Clagenwurt, & *S. Georgii*, *dans proprietatem Ecclesiæ*, & *re-*
cipiens ea in feudo.)

Mortuo die VIII. Septembris Gregorio de Monte lon-
 go Patriarcha Aquilejensi, electus fuit XXIV. ejusdem Men-
 sis Philippus, frater Ulrici Ducis, opera ejusdem Ducis, &
 commendatione Ottokari Regis Bohemiæ accedente. Qua de re
 ita Ulricus ad Ottokarum scripsit : „ *Excellenti & Magnifico*
 „ *Principi consanguineo suo Karissimo Domino Otakero Illustri Regi*
 „ *Boëmiæ Ulricus Dei Gratia Dux Karinthiæ, seipsum ad ejus be-*
 „ *neplacita, & mandata.* (narrat obitum Gregorii) „ *de futuri*
 „ *substitutione Patriarchæ tractantes termino apud Aquilegiam, scili-*
 „ *cet die octavo exeunte præsentis Mensis Decembris, ad electionem*
 „ *præfixo, ipso die (super quo laudes dignas exolvimus filio DEI*
 „ *vivi) mediantibus vestris apicibus, & precibus, nulloque penitus*
 „ *discrepante Karissimum fratrem nostrum Dominum Philippum in*
 „ *Patriarcham & Dominum prædictæ Ecclesiæ unanimiter, & con-*
 „ *corditer per formam scrutinii elegerunt. . . . Subjicit deinde :* se quoque Capitaneum Fori Julii constitutum fuisse.
 R. P. HANSIZ S. J. hanc Epistolam ex MSto Codice Bi-
 blioth. Cæs. Vindobonensis produxit Germaniæ Sac. Tomo II. pag.
 363. & sequente.

Chronol. P. I.

K

Non

Non diu his solatiis fruitus est Dux Ulricus, de quo, deque ejus obitu ita Synchronus JULIANUS in *Chronico Foro-Julienſi apud R. P. DE RUBEIS Monum. Aquil. Append. pag. 21.*)
 „ Dicto anno (MCCLXIX.) die XIV. intrante Septembris Nobilis
 „ Vir Voldricus Dux Carinthiæ electus fuit per Forojulienses in
 „ Capitaneum Forojulii. Qui eodem anno, die V. exeunte Octobri
 „ (die XXVII.) mortuus est in Civitate Austriae.)

De dubiis, hoc ne, an sequente anno extintus sit Ulricus, deque Ottocari titulo Ducis Carinthiæ tractabimus inferius
Cap. III. Aquilejæ deceſſiſſe Ulricum Ducem perhibet HORNECK in Chronico Austr. Cap. LXXXVII. pag. 93.

Duas deinceps Agnetes uxores habuit Ulricus: priorem Ottonis I. Ducis Meraniæ filiam, a Friderico Austriaco an. MCCXXXIII. repudiatam, duxit an. MCCXLVIII. quæ obiit MCCLXII. vel sequente: peperit Ulrico filium Henricum (qui ante patrem deceſſit) & filiam, de quibus ad annos MCCXLVI. & MCCLXII. egimus.

Alteram Agnetem, Gertrudis Austriacæ & Hermanni Badensis filiam, Ulricus sibi junxit anno MCCLXIII. quæ subinde Vidua, Ottokaro urgente, ad depressionem generis data fuit Ulrico Comiti de Heunburch. Vide *Annal. Austriae R. P. CALLES P. II. pag. 425. 470. 479.*

1270.

Mortuo Ulrico Duce, Philippus ejus frater, omisso Patriarchatu, ad quem electus paullo ante fuerat, Ducem Carinthiæ, pactis neglectis, se ferebat, quem Forojulienses
fibi

sibi Capitaneum legerunt: teste JULIANO in *Chronico Forojul.* Appendix *Rubeis* pag. 21.

Ottokarus Rex Chunradum Præpositum Brunensem ablegarat, ut Carinthiam in fidem Regis, ex pactis cum Ulrico, reciperet; Sed Chunradum Philippus sibi adjunxit. HORNECK *Chron.* Cap. LXXXVII. pag. 99.

Philippus Dux & Capitaneus, Goritanos Comites bello impedit, aut antea gestum continuat. Conciliationis mentionem infert *Repertorium Austriacum MStum Parte II.* fol. 753. ubi memoratur: Prolongatio, acceptata ad dies octo, sponsionis mutuae, factæ in arbitros, Stephanum Regem Hungariæ, & Henricum Ducem Bavariæ, de jure controverso ex una parte inter Patriarchatum Aquilejæ, & Capitulum, atque *Ducem Philippum de Carinthia*, *Capitaneum Patriarchatus Aquileja*: ex altera parte inter Comites Meinhardum & Albertum de Gorizia, & eorum socios: Anno MCCLXXI. ineunte, ut sequentia monent.

Indignatus Chunrado sibi infideli Ottocarus Rex, jam *Ottokarus.* anno inclinante MCCLXX. pace cum Stephano IV. Hungariæ Rege inita, arma Carnioliae & Carinthiae per Ulricum Liechtensteinum primum, deinde & ipsus intulit. Anno sequente, ut opinor, ineunte nempe MCCLXXI. bello continuato, cum Philippo debellatum est, cum Carinthiæ Proceres fese ultro Ottocari clementiæ permitterent, atque ut bonis pactis causa Philippi transigeretur, postularent. Designati quatuorviri arbitrii

ferendi, pace statuta pronunciarunt: Philippus oppida & castra reliqua Ottocaro traderet, ab eoque veniam peteret, atque jus omne in Carinthiam & Carniolam Regi concederet. Crem-
sium denique, in Austriam, se conferre, modicisque illic redi-
tibus vivere jussus est Philippus, ne quid novarum turbarum
suboriretur. Hæc fuse satis *HORNECKUS* in *Chron. Austr. Cap.*
XC. p. 102. Item *Anonymus Leob.* & *Chron. Salisburg.* & *Chro-*
nicon Australe. Vide *CALLESII Annal. Austræ P. II. pag. 469.* &c.
Item *M. HANSIZII German. S. Tom. II. pag. 364.* & 365.

Ottokarus Rex Runensi Cisterciensium Cœnobio, in Sty-
ria, donationem confirmat, titulo assumto Ducis Carinthiæ
(quali post MCCLXIV. velut postliminio, jam mense Martio
anni MCCLXX. usus fuerat) nempe: „Ottokarus Dei Gratia
„Rex Bohemiæ, Dux Austræ, Styriæ, & Karinthiæ, Dominus
„Carniolæ, Marchiæ, Egræ, & Portus Naonis Actum Pra-
„gæ anno Domini MCC. septuagesimo primo, tertio Idus Octobris,
„Coronationis nostræ decimo. Datum ibidem anno & die præ-
„dictis, Indictione decima quinta. (Diplomataria S. Ducatus Sty-
riae P. II. pag. 28. Runens. N. XXVIII.)

1272.

Ottokarus, solito titulo insignis, Parthenonem Meren-
berg Ordinis S. Dominici in Styria, in tutelam recipit: „Datum
„Pragæ anno Domini MCCLXXII. Decimo Kalendas Maji.) (Di-
plomataria sacra Ducatus Styriæ P. II. pag. 326.)

Quæ sub hoc præscripto anno MCCLXXII. temere
congerunt *Continuator Martini Poloni*, *Eccardi Tom. I.* atque ejus

ge-

gemellus *Anonymus Leobiensis* Hier. Pez. Tom. I. videlicet a Meinhardo Comite Tyrolis Principibus Germaniæ inter Candidatos Regni propositum fuisse *Bernhardum Ducem Carinthiaæ*; ea utique huic tempori minime convenient, Bernhardo jam anno MCCLVI. extinto.

Prædicti duo *Chronographi* perhibent: Philippum ducatum 1273.
Carinthiaæ privatum, cum audivisset Rudolfum Habsburgi Co-
mitem Romanorum Regem renunciatum fuisse, ad eundem
Rotenburgum sese contulisse, atque *Carinthiam & Carniolam*
suscipisse in feudum. Ea res, si ita se habet, anno MCCLXXIII.
in Comitiis facta videtur, quæ Rotenburgi celebrata fuisse me-
morant, quo Rudolfum Regem Rotenburgi ineunte Aprili
fuisse, ex ejus diplomatibus, a Cl. **GEORGISCH** in *Regestō*
diplomatico indicatis, constat.

Ottokarus interea *Græcii*, XVII. Kal. Maji, Cœnobium
Obernburgense, ad confinia Styriæ & Carinthiaæ situm, in tute-
lam recipit. (*Diplomataria sacra Duc. Styriæ Parte II.* pag. 294.)
Tum idem (pleno titulo) Seizensi Cartusiæ corroborat con-
cessa olim ab Ottokaro primo Styriæ Duce. „ *Datum in Grätz*
„ *Incarnat. Domini anno MCCLXXIV. Septimo Kal. Maji.*
„ *Indict. II. J* (*Diplomat. S. duc. Styriæ. P. II.* pag. 73.)

Philippum, titulo Ducem Carinthiaæ, Rudolfo Re-
gi sese hoc anno Comitem junxisse, tria contestantur Ru-
dolfi diplomata, queis testis adfuit: *Philippus Dux Ka-*
rinthiaæ.

I.^{um} Datum Augustæ, anno regni Rudolfi secundo, Incarnat. MCCLXXV. ubi tractatur de jure electoris controverso inter Regem Bohemiæ, & Ducem Bavariæ. (GOLDASTUS Collect. docum. Imper. Tom. I. pag. 311. Item HUNDIUS GEWOLDIANUS Tom. I. Metrop. Salisburg. pag. 54.)

II.^{dum} Augustæ item Datum, XV. Kal. Julii, (XVII. Junii) quo Eberspergensis Cœnobii jura firmantur. HUNDIUS citatus Tom. II. pag. 192.

III.^{tum} Lauſanæ publicatum, XII. Kal. Novembris (XXI. Octobris) quo S. Sedi Romanæ Rudolfus omnia jura, ac privilegia confirmat. Inter testes: Philippus Dominus Karinthie. Forte scriptum fuit D. Karinthie, quod mallem legere Dux Karinthie. (LÜNIG Cod. Italæ dipl. Tom. II. pag. 731.)

Ottokarus (usitato titulo) mandat Milotæ Capitaneo Styriæ, ut Canonicorum Seccoviensium Collegium tueatur. Datum Wiennæ VII. Kal. Februarii.

1276. Confirmatur prædicta tutela anno MCCLXXVI. Id colligitur ex addito documento, in quo notatur: Actum Anno Domini milles. ducent. septuages. quinto. Atque ex documenti contextu colligitur, deinde id anno sequente fuisse Datum Brunæ V. Nonas Maji. (Diplomatar. S. Duc. Styriæ P. I. pag. 236. Seccov. N. XCIX. & N. C.)

Rudolfus Cæsar Austriam, Styriam, Carinthiam & Carniolam, ab Ottokaro Rege sine assensu Ordinum Imperii occupatas, ab eodem reposcebat, evocato ad iterata Imperii

Co-

Comitia. Comparuerant quidem Herbipoli an. MCCLXXV. Ottokari Regis, & Henrici Duci Bavariæ, itidem refractarii, Legati Bernardus Episcopus Seccoviensis, & Henricus Præpositus OEttingensis. At cum verbis nihil proficeretur, ad arma ventum est hoc anno MCCLXXVI. Porro pacem publicam Rudolfus Viennæ III. Non. Novembris an. MCCLXXVI. servandam præscripsit terris Austriæ, Styriæ, Carinthiæ & Carniolæ. (*Landsbandwest. Carinthiæ pag. I.*)

Enim vero Rudolfus castris ad Viennam promotis, partim terrore, partim Principum interventu, eo perpulit Ottokarum, ut bonis pactis decederet omni jure, si quod habuisset in Austriam, Styriam, Carinthiam, Carniolam &c. Documenti ab arbitris confecti autographum in *Tabulario Austr. Vindobonensi* asservatur, quo Anno MCCLXXVI. X. Kal. Decembris (XXII. Novembris) utrimque delecti quatuor arbitri, Bertholdus Herbipolensis, Bruno Olomucensis Episcopi, Ludovicus Dux Bavariæ, & Otto Marchio Brandenburgi, in castris prope Viennam ita pronunciarunt: „Item arbitramur, „quod Dominus Ottokarus Rex Bohemiæ cedat simpliciter, & cedat „præcisè omni juri, quod habebat, vel habere videbatur in terris, „& hominibus, cujuscunque conditionis existant, Austria videlicet, „Styria, Carniola, Carinthia, Marchia, Egra, & Portu Naonis &c.

Ita verba ex autographo refert STEYERERUS noster, in additionibus ad *Commentarios pro Hist. Alberti II.* pag. 147. Aliis in apographis male provinciis illis addita fuit Goritia.

Vide hoc Laudum concordiæ editum a LEIBNITIO in manuissa Codicis diplomatici: item apud LÜNING Reichs-Archiv Parte speciali, Contin. I. pag. 147. &c. Variant tamen in verbis non nullis hæc aliaque apographa.

Rudolphus porro solito ritu Ottokaro Bohemiam & Moraviam Viennæ contulit, ceteris provinciis Imperio vindicatis servatisque. Hæc omnibus nota sunt.

In Repertorio Austriaco MS. P. III. pag. 183. Memoratur epitome documenti, quo contestantur Leonhardus Ratisbonensis Episc., Ludovicus Com. Palatinus Dux Bavariæ, & Landgravius Hassiæ, Ottokarum Regem, interventu Bernhardi Würzburgensis, item Olomucensis Episcopi, Marchionis Ottonis de Brandenburg, & Burggravii Friderici de Nüremberg, deceßisse Austria, Styria, Carinthia, Carniola, Marchia Vinidorum, Egra, & Portu Naonis: at vero a Rudolfo Rege eidem Ottokaro Regi collata fuisse Bohemiam, Moraviam, aliaque hereditaria feuda Imperio obnoxia. *Datum Viennæ III. Kal. Januarii MCCLXXVI.*

*Rudolfus
& Imperium.*

Interea Comes Meinhardus a Rudolfo Cæsare in Styriam, & Carinthiam, cum alia militum manu præmissus, egregie prompteque ibidem rem gessit, ac plurimorum procurum animos, ab Ottokaro aliquin alienatos, Rudolfo conciliavit: Porro sub anni finem, Meinhardus cum Styris & Carinthiis Viennam ad Regem venit. HORNECK Chronic. Austr. pag. 130. &c.) (Anonymus Leob. Anno MCCLXXV.

MCCLXXV. Hier. Pez. Tomo I. pag. 845. & Continuator Martini Poloni.)

Ad anni proxime præterlapsi finem, aut ad præsentis potius initia referenda puto, quæ ANONYMUS LEOB. ad An. MCCLXXVII. pag. 853. Hier. Pez. Tom. I. ita narrat: „Rex „reversus in Austria, Styriam lustravit, ibique Karinthianos, „& Carniolos alloquitur, & fidelitatem ab eis recepit: terrisque „eorum per Meinhardum Comitem, & officiales, dispositis, venit „in vallem Aneſi.) Videbimus deinceps Meinhardum Comitem Tyrolis & Goritiæ, Carinthiæ Gubernatorem, pro Cæsare Rudolfo & Imperio, negotia Carinthiæ procurantem.

Hoc anno varii, testibus literis publicis, continuati sunt tractatus concordiæ inter Rudolfum & Ottokarum Reges, cum de politicis rebus, tum de nuptiis inter proles Rudolfi & Ottokari.

Sane in Tabulario Austriaco documentum adest, quo per Fridericum Norimbergensem Burggravium, aliosque Legatos, declarantur, & stabiliuntur ea, quæ de mutuis prolium nuptiis &c. anno superiore in Laudo Concordiæ constituta sunt. „Datum Vienne pridie Nonas Maii MCCLXXVII. sub regio Ottokari Majestatis sigillo, quia novum sigillum nondum habebat; „quare Rudolfo id fraudi non esto, in sigillo isto alia scuta adesse „præter Bohemia & Moravia.) Nempe cum Austria, Styria, Carinthia, Carniola &c. decesserit Ottokarus, etiam earum regionum insignia præ se ferre tum ei non licebat. (Repertor. Austriac. MS^{tum} Parte III. pag. 187.)

In aliis *Tabularii Austriaci literis MCCLXXVII.* habetur ratihabitio Rudolfi & Ottokari pactorum hactenus initorum, ubi præterea novi sponsi nominantur: *Hartmannus Rudolfi Regis filius, & Chunegund Ottokari Regis filia.* Tametsi in documento præcedente sine nomine sponsi memorentur, relicto vacuo spatio, nempe: *Filius . . . Regis Rudolfi, & Filia . . . Regis Ottokari.* Quæ nos docent rem hactenus incognitam, de nuptiis inter *Hermannum & Chunegundem* primum actum fuisse; tametsi rebus mutatis deinde *Rudolfus, Cæsaris filius, Agnetis Bohemicæ, & Wenceslaus Bohemus Guttæ Habsburgicæ sponsi fuerint.* Observavit ista *Dochissimus Rosenthalius Tabularii Austriaci intimus Custos.*

Rursum in *Repertorio Austr. P. III. p. 186.* memoratur ampliatio pactorum concordiæ, facta auctoritate Ottokari Regis de mutuis auxiliis Regum: de obsequio Ottokari erga Rudolfum Cæsarem, qui vice mutua Ottokarum aliquanto tempore ad Comitia ne evocaret: de Rege Hungariæ Ladislao, aliisque pacis conditionibus.

„ *Hanc ampliationem Sacramento firmavit Dominus Albertus „ pro Patre suo Rudolfo Rege, jurans ad animam ejusdem: & Ot- „ tokarus Rex jurejurando corporali id firmavit: porro Principi- „ bus quibusdam potestas fit, arctiora etiam amicitiae fædera in- „ ter ambos Reges conciliandi, & arbitrium de his ferendi... Da- „ tum Pragæ, pridie Idus Septembbris MCCLXXVII.) Sigillum „ hujus chartæ jam sola Bohemiæ & Moraviæ scuta ostentat.*

Ex

Ex his colligo: haec tenus inter Rudolfum & Ottokarum Reges bene convenisse, quantum externa indicia prodidere; quæ ipsa res coarguit fabulam illam de tentorio lapsili, sub quo Rudolfus Ottokaro feuda ad Viennam contulisse, atque ita Ottokari animum a se alienasse fertur.

At paullo post tamen, nescio quibus intemperiis, in transversum aëtus Ottokarus amicitiam Rudolfi abrupit, datisque ad Rudolfum literis *an. MCCLXXVII. III. Idus Novembris*, se gravatum queritur; tum circa id tempus Chunegundem filiam, Hartmanni Habsburgici sponsam Monasterio intrudit, quod factum etiam *Continuator Cosmæ Pragenis* improbat.

Quæ deinde instaurato bello acciderint, satis nota sunt. 1278.

Ottokarus a Rudolfo prælio victus in campo Marchico occubuit die XXVI. Augusti, uti constat ex *Epistola Rudolfi apud Cl. HERGOTT. Geneal. Diplomat. Domus Habsburg. Tom. II. Parte altera, pag. 483.*) Exauctorato nuper a Ducatu Carinthiæ, & nunc sublato Ottokaro, Carinthiæ Ducatum ipsum Philippo redditum non invenio. Sed Meinhardus Comes, Carinthiæ porro pro Cæsare præfuit, uti sub hujus anni initium docent literæ Rudolfi „ *Datae Viennæ in Vigilia Epiphanie* „ *MCCLXXVIII.* ad Berchtoldum Episcopum Bamberg. cui mandat, ut procuret Ecclesiæ Werdenfi satisfactionem de damnis, ab Ottone de Vinkenstein, advocatiæ titulo, eidem illatis. Inter cetera legimus: „ *Cum propter dilecti nobis Meinhardi Comitis Tyrolensis, affinis nostri Karissimi, (Elisabetha*

„ Meinhardi filia Alberto I. nupsit) absentiam & etiam propter
 „ Procuratorum suorum & Officialium impotentiam, seu desidiam,
 „ quos loco sui, regimini terræ Karinthiæ præfecit, Ecclesia Wer-
 „ densis periclitetur. (MEICHELBECK Histor. Frising. Tomo II.
 Parte II. pag. 96. &c. N. 163.)

Meinhardus Comes, circa hæc tempora, a Rudolfo
 Cæs. præstite operæ pretium petit aliquam e provinciis, Otto-
 karo ereptis; non abnuit quidem Cæsar, sed istud citra Prin-
 cipum Imperii assensum fieri non posse, reponit. ANONY-
 MUS Leob. Lib. II. pag. 853. Hier. Pez. Tom. I.

1279. Rudolfum nemini adhuc dum Austrïæ, Styriæ, & Ca-
 rinthiæ ducatus contulisse, probat charta hujus anni, qua Rex
 idem profitetur: sibi obsequia, & filiis suis etiam feuda præ-
 stita ab Episcopo Babenbergenſi, cui quædam in Styria & Ca-
 rinthia largitur: „ Cedimus pro nobis & filiis nostris, ac omnibus
 „ futuris Austrïæ & Styriæ Ducibus nostro & filiorum
 „ nostrorum nomine, vel cujuscunque terræ Karinthiæ Principis, aut
 „ Domini futuri Datum apud Rotenmann VIII. Kal. No-
 „ vemberis, Indict. VIII. an. Domini MCCLXXIX. Regni VII.
 (LÜNIG Spicil. Eccles. Tom. II. pag. 33. &c.)

Vitam variis turbis casibusque exercitam finivit hoc
 anno Philippus, titulo Dux Carinthiæ, Bernhardi Ducis fi-
 lius, Ulrici III. frater, de cuius obitu, præter Chronicon Salis-
 burg. ita ANONYMUS Leob. Hier. Pez. Tom. I. pag. 855. ad an.
 MCCLXXIX. „ Philippus electus Salzburgensis (& postea Aqui-

„ le-

„ lejensis) moritur apud Cremsam : testamentum condidit sub titulo Ducatus Karinthiae, & Laibacum Ecclesiae Aquilejeni disponit, & fratrī donationem ratificavit. Titulus sepulchri sui habet: „ quod fuerit Dux, Episcopus, Patriarcha.) Conditus fuit in templo RR. PP. Prædicatorum Cremsii.

In literis Henrici de Silberberg, queis tractat cum Ven. Abbatissa de Göss Herburgi, de advocatione in Arbendorf, occurunt sequentia : „ Coram illustri Comite Mainardo Tyrolen. „ qui de consensu Domini Rudolfi Romanorum Regis, Ducis Karinthiae, tunc se gesit . . . Actum in Silberberch Anno Domini „ M.^{mo} CC.^{mo} LXXX.^{mo} XVII. Kal. Marcii.) Videtur post illa: Ducis Karinthiae deesse Vicarium vel aliud simile ; tametsi sententia etiam sine hoc constare sibi possit. (Diplomataria S. Ducatus Styriae. Parte I. pag. 99. Gössens. N. LXIII.)

Albertum, Rudolfi Cæs. filium, a patre, hoc saltem anno MCCLXXXI. ante diem XX. Maji constitutum fuisse Vicarium Generalem per Austriae & Styriam, testantur literæ signatae die & anno, modo memoratis, ubi Cives in Laa, Austriae inferae oppido, Alberto Vicario Generali obedientiam spondent. (HERGOTT Monum. Austr. Tom. I. Auctarii pag. 215.) Alberti titulus deinceps, usque ad obtentos ipsos Ducatus, legitur: Nos Albertus DEI Gratia de Habsburch & de Kyburch Comes, Lantgravius Alsatiae, Illustris Romanorum Regis Primogenitus, & ejusdem per Austriae, & Styriam Vicarius Generalis.

1282. *In Repertorio Austr. MSto P. I. fol. 1. ad 7.* adnotantur,
 atque in *Tabulario Austriaco* assertantur literæ consensus Ele-
 ctorum Germaniæ, ut a Rudolfo, Rege Alberto filio conferantur
 ducatus *Austriæ, Styriæ, KARINTHIAE*, cum *Carniola, Marchia, &c*
Portu Naonis, omnes scriptæ anno MCCLXXXII. nempe:
Wernheri Moguntini X. Kalend. Octobris.

Henrici Trevirensis item X. Kal. Octobris.

Sigefridi Coloniensis die S. Jacobi. Hic terras non nominat.

Ludovici Palatini Rheni, & Johannis Saxoniae Ducis, II. Kalend.
 Septembris.

Ottonis March. Brandenburgici, itidem.

Ex hoc Principum consensu colligo: Rudolfum filiis
 Alberto & Rudolfo Carinthiam quidem cum *Austria & Styria* con-
 tulisse; sed excepisse ejus possessionem, cum reservato postli-
 minii jure, destinato jam Meinhardo Comite, cui Carinthiam
 quarto post anno impertiret. Unde factum credo, ut in di-
 plomate, quo reipsa solemni ritu an. MCCLXXXII. VI. Kal. Ja-
 nuarii, anno regni decimo, Augustæ, filiis suis Alberto & Rudolfo
Austriam, Styriam &c. contulisse se profitetur, nulla illic *Carin-
 thiæ* sit injecta mentio, & ad declinandam etiam tot Ducatum
 in domum suam derivatorum invidiam. Hoc diploma nunc
 extat in *Tabulario Cæsareo Austriaco Vienne*.

Reverendissimus HERGOTTUS Geneal. Diplomat. Domus Habs-
 burg. Tom. II. pag. 507. & Monum. Austriae. Tom. I. pag. 216. bina
 documenta adfert, ambo anni MCCLXXXII. prius die XXIX.

Januarii, alterum XXIX. Julii, in quibus *Albertus* jam *Dux* titulo compellatur. Verum aut minus proprie id scriptum fuit, aut anni numero unitas addenda videtur: nisi *Albertus* antea jam *Dux* renunciatus sit, quam diploma solemnis institutionis publicaretur.

De Carinthia nihil singulare occurrit, quam curæ Meinhardi Comitis, uti antehac, commissam fuisse credo. Meinhardum quidem certe hoc anno, mense Junio prope Labacum fuisse (quod Ducatui Carinthiæ etiamnum adjunctum erat) constat e duobus documentis hoc anno exaratis, altero nomine *Alberti* Com. Goritiæ, fratri *Meinhardi*, qui erat in Geisselmannsdorf prope Labacum die Dominica ante S. Viti, seu die XIII. intrante Junio. Alterum ab ipso *Meinhardo* editum est post biduum, ibidem die S. Viti, id est XV. Junii. (MEICHELBECK, Histor. Frising. Tom. II. P. II. pag. 106. N. 178. & 179. Præter administrationem totius Carinthiæ, Carniolæ partem, pro mutuo dato, pignoris nomine a Rudolfo Cæs. *Meinhardus* habuit, teste ANONYMO LEOB. Hier. Pez. Tom. I. & Continuat. Martini Poloni ad An. MCCLXXXVI.

Albertus Dux Saxonie consentit, ut Meinhardo, Comiti Tyrolis & Goritiæ, conferatur *Ducatus Carinthiæ*, cum de jure suo deceferint Duces Austræ *Albertus* & *Rudolfus*, idque a Rudolfo R. ipsi petierint, quibus prædictus *Ducatus Carinthiæ* antea datus fuit ab Rudolfo Rege. Datum Norimbergæ IV. Kal. Aprilis Anno Domini MCCLXXXV.) Repertorii Austr. P. I. fol. 8.)

1286.

*Augustæ Vindelicorum An. MCCLXXXVI. Cal. Februarii
 (prima Februarii) Carinthiæ Ducem Meinhardum Rudolfus
 Rex renunciat. Memorabilia sunt verba hujus diplomatis, quæ
 STEYERERUS Comment. pro Alberto II. pag. 82. ex Tabulario Græ-
 censis Aulæ repræsentat: „ Noverit præsens ætas, & futuri tem-
 „ poris successiva posteritas, quod Illustres Albertus & Rudol-
 „ fus, Duces Austriæ & Styriæ, Domini Carnioliae, Marchiæ
 „ & Portus Naonis, Principes & filii nostri dilecti, apud Au-
 „ gustam in nostra præsentia constituti, Celsitudini nostræ de-
 „ votis precibus institerunt, quatenus principatum sive Duca-
 „ tum terræ Carinthiæ, quo ipsos jam dudum cum ceteris Du-
 „ catibus videlicet Austriæ & Styriæ supradictis, de consensu
 „ Principum Electorum, jus in electione Regis Romanorum ha-
 „ bentium, investivisse recolimus in Augusta, in manus no-
 „ stras libere resignatum spectabili viro Meinhardo Comiti Ty-
 „ rolis, & heredibus suis conferre, ac ipsum de eodem solemni-
 „ ter investire de regali nostra Clementia dignaremur . . .)*

Apud STEYERERUM legitur: Pridie Kal. Februarii; sed in Autographo Græcensi est tantum *Calendis Februarii*. Id Autographum hodie est in *Tabulario Viennensi*, ubi idem vidi. Porro eodem anno MCCLXXXVI. *Calendis Septembribus*, Meinhardus solenni & vetere apud Carinthios more super mensa lapi-
 dea, prope Ecclesiam S. Petri ad montem Carinthianum (Karnoburgi) per rusticum Glasendorfensem, dictum Herzog (aut Edlinger) inauguratus fuit: idem Dux mox postea feuda di-
 stri-

stribuit in alia sella lapidea duplice, Fürsten-Stul dicta (in cuius aversa sede Palatinus Carinthiæ sua feuda conferre solet) haud procul Clagenfurto, hodieque superstite in Soliensi Campo. Meinhardus porro fratrem suum *Albertum*, Comitem Goritiæ, Comitem Palatinum Karinthiæ instituit, eidemque primum nonnihil hæsitanti (fortasse quod fratri Ducis ad genua accidere nolle) sed aliorum consilio se submittenti denique, feuda Palatinatus confert. (ANONYMUS LEOB. ad an. 1287. HIER. PEZ. T. I. ÆNEAS SILVIUS de Statu Europeæ Cap. XIV. de Carinthia, Freberi Tom. II. pag. 406. MEGISERUS Annal. Carinth. Lib. VI. Cap. XI. fūse de hoc ritu. Item HASELBACHIUS, & Chronicon Weichenstephanense, & alii.

De Palatinatu Carinthiæ vide inferius nostrum *Caput VII.* Meinhardus Carinthiam, & Carnioliam (alioquin pignoris etiam loco a Rudolfo Rege, pro commodatis pecuniis jam antea traditam) pacifice ad obitum usque possedit. Plura Meinhardi Dicis diplomata hic non adduco; cum quod apud ANTON. STEYERERUM, & in Tentamine Goritiensi tam Genealogico, quam Chronologico complura indicata sint, tum quod sciam Virum Cl. JOSEPHUM SPERGESIUM, Pro-Archivarium Cæfareo-Regium, perfectum aliquod opus de Meinbardo isto moliri. Easdem ob rationes de Filiis MEINHARDI pauca commemo-rabo, uti & de Filia Margaretha, & Maritis ejus.

Meinhardi filios sifstis documentum ab ipso patre editum 1290. Anno MCCLXXX. die XV. exeunte Aprilis (XVI. Aprilis) In-Chronol. P. I. M di-

dictione III. apud Burchstall, quo investit Henricum Clavigerum suum in Griez de uno jugero in Eysicher-Aue : „ Datum co- „ ram his testibus : Ottone, Alberto, Ludovico, & Henrico filiis „ nostris karissimis.) Has tabulas autographas vidit, & com- municavit Cl. ROSCHMANNUS Archivarius Cæsareo-Regius OEniponte.

1292. Ex his quatuor filiis primus vivo patre Meinhardo, mundo valedixit *Albertus*, de quo ita CHRONICON STAMSENSE : Anno Domini MCCXCII. in die S. Georgii Martyris obiit *Albertus Illustris Dux Carinthiæ*, filius fundatoris nostri, hic tumulatus. In charta paullo ante relata quatuor filii Mainhardi, vivo Patre, non appellantur *Duces Carinthiæ*, quare Chronologus Stamsensis, paullo liberalior de titulis fuisse videtur. Hereditario tamen Ducatus jure gaudebant Meinhardi *Ducis filii*.

1295. Mainhardus Dux decepsit Calendis Novembris in Greifenberg, sepultus in Stams. Hæc ex HORNECKO, & Chron. Stamsensi &c. probata sunt in Tentamine Geneal. Goritiensi pag.

Otto, Ludovicus, & Henricus V. Duces. 238. &c. Patri in Ducatu successere filii superstites tres, simul Duces : OTTO, LUDOVICUS, HENRICUS. Atque isti primi mihi, certique fuisse videntur simultanei, seu Collegæ Duces Carinthiæ, quos etiam Meinhardus Pater simultaneos heredes instituit, teste HOKNECK pag. 591.

Circa 1296. BURGLEHNER in Aquila Tyrolensi MSta, Lib. XIII. Cap. V. literas Adolphi Regis Rom. commemorat circa an. MCCXCVI.

exa-

exaratas , in quibus tres fratres non appellantur DUCES CARINTHIAE , sed : Otto, Ludovicus, & Henricus, fratres nobiles de Tyrol. Id propterea factum arbitror, quod hi Duces Alberto Austriaco, Adolphi æmulo, adhæserint, neque ab Adolfo Ducatus jura receperint.

Albertus Rom. Rex feudali jure instituit *Duces Carinthiae* affines suos : *Duces Ottoneum, Ludovicum, & Henricum, Comites de Tyrol.... Datum Spiræ MCCXCIX.*) Ita habetur *Repertorii Austriaci Parte I. folio 10.*

Veronæ XXIX. Decembris pax fundata inter : *Ottoneum, Ludovicum & Henricum, Duces Carinthiae, Advocatos Ecclesiast. Aquilejensis, Tridentinæ, & Brixinensis.* Ac inter Mantuanos & Veronenses. *Roussel Suppl. au Corps Diplom. T. II. P. II. pag. 8.*) A^{nno} MCCCCV. Ludovicus Dux vitam finivit die XXII. Septembris, sepultus in Stams, teste ejus loci *Chronico.*

Henricus Dux, ducta Agneta, Wenceslai senioris, Regis Bohemiæ & Poloniæ filia, electione quorundam Procerum adit regnum Bohemiæ, ac una titulum Regis Poloniæ MCCCCVI. mense Augusto ; sed mox Bohemia excedere cogiturn, invalescente æmulo regni Rudolfo Duce Austriæ, Alberti Regis filio. *Tentamen Geneal. Com. Goritiæ pag. 358. ex Contin. Cosmæ Pragensis.* Attamen hoc anno MCCCCVI. in Carinthiam redux Henricus in documento apud **BURGLEHNER.** L. XIII. C. III. non dum *Regio titulo* appellatus videtur, sive quod in consortio fratris natu majoris Ottonis, & in negotio extra Bohemiam,

eo titulo uti nollet : sive quod puderet regno gloriari , ex quo adeo propere exactus esset , nec accepta corona ; documenti ita meminit BURGLEHNER : Otto , & Henricus Duces Carinthiae , Comites Tyrolis & Goritiae &c. Honorabili Viro Dominio Berchtoldo dicto Maiser , præposito , & Conventui Monasterii ad Rozen , annuas decem vecturas Salis donant.

1307. Mortuo sub initium Julii Rege Bohemiæ Rudolfo Austriaco, revocatur Henricus Carinthius, & Pragæ pro Rege recipitur. *Vide Tentamen Geneal. Gorit.* pag. 265. & 342. &c.

1308. Cum Friderico pulchro Duce Austriæ , novo regni Bohemiæ æmulo , pacem init Henricus, cedente Friderico Austriaco certis pactis. *Repertorii Austr.* P. II. fol. 420. Erepta antea Henrico Carinthia & Carniola restituitur. *Chronicon Salisburgense Pezianum* , & ANONYMUS LEOB. ad an. 1309.

Memorabile est, quod post restitutam ab Austriacis Henrico Duci Carinthiam narrat idem ANONYMUS LEOB. *Hier. Pez. Tomo I.* pag. 898. „ Et veniens (Henricus Dux) ad Karinthiam , insinçtu Officialium , ad sublevamen suæ penuriaæ , „ Monasteria & Ecclesiæ talliavit (seu pecuniaria iis subsidia imperavit) quod ante eum fieri non consuevit.

1309. Francofurti Henricus VII. Cæsar cum Principibus sentiam dicit: Henricum, Mainhardi filium , regno Bohemiæ , & Ducatu Carinthiæ privandum esse , eo quod regnum præter jus adierit. An. MCCCIX. dies deest. (GOLDAST. *Constit. Imper.* P. II. pag. 29.) Henricus VII. nempe filio suo Johanni Re-

Regnum Bohemiæ assertum volebat. Anno MCCCX. Henricus Cæsar novo decreto Henricum Ducem tyrannidis incausat. Oeniponte vitam clausit Otto Dux die XXV. Maji, hoc anno MCCCIX. *Chronic. Stamsense.*

Solus ergo fratrum Henricus superstes Rex & Dux ; 1310.
Otto Dux
sed idem regno Bohemiæ die XIII. Decembris ejectus est per obit. Hen-
Johannem, Henrici VII. Cæsaris filium. Tentam. Geneal. Go-
ritiæ Com. pag. 346. ricus V. Jo-
lus Dux.

Cum Wulfingo Bambergæ Episcopo , de fundis in Ca- 1311.
rinthia , concordiam init Henricus Dux, & titulo Rex. Datum
Inspruck die Lunæ post dimidiam Quadragesimam MCCCXI. J Lü-
NIG Spicil. Eccles. Tom. II. pag. 36.

Plenum Henrici nostri titulum ita lego (apud STEYE- 1324.
RER. Comment. pro Alberto II. pag. 592.) „ Nos Henricus DEI
„ Gratia Bohemiæ & Poloniæ Rex, Carinthiæ Dux, Tyrolis, &
„ Goritiæ Comes, Aquilejensis, Tridentinæ & Brixinensis Ecclesiæ
„ Advocatus . . . profitetur se Wilthinensi Præmonstratensum Ceno-
„ bio quædam donasse. Actum & datum Tyroli anno Domini
„ Millesimo trecentesimo vicefimo quarto, die decima quinta Januarii,
„ Indictione septima.

Margaretha , filia senior Henrici Ducis, nubit Johanni 1330.
Henrico , Johannis Lucenburgii , Bohemiæ Regis filio. Tenu-
tentam. Geneal. Gorit. pag. 283. ad 285. Desponsatus fuit
Johannes MCCCCXXVII. & una Margarethæ heres designatus.
STEYERER pag. 77. &c.

vel
1331.

1330. *Tabulas germanice scriptas exhibet STEYERER in Al-*
berto II. pag. 78. queis Ludovicus Bavarus Cæsar Datis Me-
raniæ die Martis post Hypapanten B. V. Mariae, anno Christi
MCCCXXX. Regni nostri XVI. Imperii III. concedit: dilecto
avunculo & Principi nobili Duci Henrico Carinthiæ, & Comiti
Tyrolis & Goritiæ, Advocato Ecclesiarum Aquilejæ, Tridenti
& Brixinæ, hæc tria: I. ^{rum} Ut Henrico in Provinciis
succedant filiæ. II. ^{dum} Ut his deficentibus fratriis filiæ.
III. ^{tium} Ut si Henricus generorum aliquem velit heredem scri-
bere, de eo sciat Cæsar, sed designatum probaturus.

1335. *Henricum Regem ac Ducem die IX. Februarii hujus*
Alverius, & Otto II. anni etiamnum vivum fuisse probat documentum relatum a
Austriaci. R. P. DE RUBEIS Monum. Aquil. pag. 849. quo Johanni Hen-
rico Goritiano, consobrino suo, quædam vendit. Datum in
Tyrol an. Domini Millefimo CCCXXXV. in Octava Purificationis S.
Mariae. Meminit & P. STEYERER pag. 83. Sed eodem anno
in eodem Castro Tyrol colicus morbus Henricum e medio
sustulit die IV. Aprilis. Filia ejusdem senior Margaretha, cum
Johanne Henrico marito, Carinthiam sibi deberi putabant.
At Ludovicus Imp. Ducibus Austriæ & Styriæ (haud du-
bie etiam jus reservatum ab an. MCCLXXXII. & MCCLXXXVI.
obtendentibus) Alberto II. & Ottoni fratribus, eorumque he-
reditibus, Carinthiæ Ducatum die II. Maji, atque eadem die Co-
mitatum Tyrolis, quippe feuda, ad mulieres non dum here-
ditario jure devolvi solita, sed Imperio vacantia, contribuit.

Utrum-

Utrumque documentum Lincii in Austria datum repræsentat P. STEYERER pag. 84. & 85. Commentar. pro Hist. Alberti II. Carinthiam, missò Ulrico Pfannbergio Comite, & Ulrico de Walsee, tardantem non nihil, favore Auffensteinii, Carinthiæ Capitanei, Duces Austriæ, cum Carniola, ad obsequium promtiore, obtinenter. *Vide ANONYMUM LEOBIENSEM*, & Tentam. Goritiensem Chron. pag. 365. & 366. Albertus & Otto Duces (filii Alberti I. Cæsaris, & Elisabethæ filiæ Mainhardi Ducis Carinthiæ) nonnisi Ducis titulo (non Archiducis) in omnibus chartis leguntur, quarum complures, de Alberto præcipue, STEYERERUS exhibet a pag. 87. & 112. &c. & pag. 54. &c. Inter alias adsunt hujus anni MCCXXXV. tabulæ Fridericī Archiepiscopi Salisburgenſis, qui facto cum Alberto & Ottone fœdere novos eosdem Carinthiæ Duces, pro vetere instituto, Ecclesiæ Salisburgenſis Archidiapiferos renunciavit STEYERERUS pag. 89.

Margaretha, vulgo Maultaschia, cum Johanne Henrico marito, adnitente Johanne Rege Bohemiæ, contendebant per hos annos, adhibitis etiam armis, Carinthiam obtinere, sed nimis sero, quare titulo saltem *Ducum Carinthiæ* contentos vivere oportuit. Bellum id Tyrolim potissimum infestavit, & confinia Carinthiæ; nam illata, per ipsam Margaretham Maultaschiam, Carinthiæ arma & damna, vetere testimonio destituuntur, uti fuse ac solide ostendit STEYERERUS noster a pag. 99. &c. Commentar. pro Alberto II.

1336.

Johannes Bohemiæ Rex bellum in Borussiam meditans, cum Ottone & Alberto Ducibus Austriæ, Styriæ, & Carinthiæ pacem, & concordiam init Laureaci VII. Idus Octobris (seu X. Octobris) die B. Dionysii. Binas hac de re tabulas profert STEYERERUS pag. 97. & 98. Quibus Tyrolis, & quædam Carinthiæ Castra, Margarethæ & Johanni Henrico ab Austria-cis addicuntur: Carinthiæ jura & possessio Austriacis relinquuntur, qui sumtus belli ærario regio restituant. Spondet Johannes Rex curaturum se, ut intra paucos menses hæc a filiis Johanne & Carolo, & a nuru Margaretha rata haberentur. Sed de hac re effecta nihil constat.

Attamen hoc eodem anno Johannes Henricus solo *Comitis Tyrolis* titulo honoratur (eodem loco & die, quo priores tabulæ) dum fœdus mutuum ineunt Principes, ita in documento scripti: „ Nos itaque Karolus DEI Gratia Ungariæ, „ Joannes Boëniæ Reges, Albertus & Otto Austriæ, Styriæ, & „ Karinthiæ Duces, Karolus Marchio Moraviæ, & Joannes Co- „ mes Tyrolis . . .) STEYERER. pag. 112.) (Verum biennio post, dum Bertrandus Patriarcha Aquilejæ, die VII. Aprilis feuda contulit Johanni, eundem Ducem Carinthiæ, Com. Goritiæ & Tyrolis appellavit. (Com. Coronini Chron. Gorit.)

1337.
*Johannes
Norimber-
gensis
Æmulus.*

Friderici IV. Burggravii Norimbergensis filius natu-
ximus *Johannes*, rivalis pro Carinthiæ Ducatu, si Superis pla-
ceret, repente extitit. Natus is erat ex Margaretha, filii Al-
berti illius, qui ante Mainhardum patrem Ducem Carinthiæ

mor-

mortuus, ipse nunquam Dux fuerat: Augustæ Vindelicorum Johannes iste Albertum Ducem de Carinthia compellat, & arma minatur. Reponit Dux: nihil se alienum possidere. Johannes postea in se rediens, re melius perpensa, conquievit. Hæc ANONYMUS LEOB. ad An. MCCCXXXVII. item HASELBACHIUS in Chron. Austriaco MSto apud STEYERER. edito ab Hier. Pez. T. II. Script. Austr.) Fœmineum feudum nec tum erat Carinthia: neque, si fuisset, Johanni Margarethæ filio, sed potius Alberti & Elisabethæ filiis deberetur.

Albertus Dux Austriæ, Styriæ, & Carinthiæ die Jovis 1338. ante Assumptionem B. V. Mariæ ad S. Vitum in Carinthia vetat literis publicis Monomachias. STEYERER p. 121. 122. Landshanduest Carinthiæ pag. 9. Deinde, ordinatis Carnioliae rebus, Græcium abiit: illuc ordines Carinthiæ Legatos suos mittunt, qui novas Leges, & veterum feudalium instaurationem ab Duce suo peterent. Albertus eisdem optionem dat; ii Styrorum vetustis legibus in multis vivere statuunt, scriptasque constitutiones in Ostervicensi arce servandas reponunt. Hæc ANONYMUS LEOB. ad An. MCCCXXXVIII. ad XVIII. Kalendas Octobres contigisse narrat, id est XII. Septembris. Hoc anno Otto D. G. Dux Austriæ &c. Græcii Feria IV. ante Dominicum Reminiscere, firmat Runensibus data olim ab Ulrico Duce. (Diplomat. Sac. Ducatus Styriæ Parte II. pag. 34. Run. XLVI.)

1339. Die XVI. Februarii MCCCXXXIX. decepsit Dux Otto
Albertus, & filii *Otto* Austriacus, qui ultima voluntate Alberto fratri filios suos com-
tonis. *Fridericus*, & mendavit. Itaque exinde solus *Albertus* Ducatus præfuit
Leopoldus. suo, & filiorum fratris, *Friderici* & *Leopoldi* nomine. Sane
in diplomate, quo *Albertus* Dux hoc anno, *Græci*, die
undecima Decembris, Comitibus Goritiæ Alberto IV. & Main-
hardo VII. Palatini Comitis Carinthiæ jura confert, diserte
binis locis meminit, & heredum suorum, & patruelium suorum
Ducis *Friderici*, & Ducis *Leopoldi*. Hanc chartam integrum da-
mus inferius Cap. VII. de Palatinis Comitibus Carinthiæ.

1341. Margaretha, pertæsa mariti Johannis, eundem præten-
fæ impotentiæ causa, thoro & Tyroli exigit ineunte Novembri.
Antea jam Ludovicus Cæsar (spe Tyrolis & Carinthiæ ad stir-
pem suam adjungendæ) cum Margaretha clam de Johanne ab-
dicando egerat, deque novis nuptiis, cum Ludovico, Impe-
ratoris Ludovici filio, celebrandis.

Albertus Dux a Johanne Rege Bohemiæ, & a Carolo ejus
filio, novam cessionem Carinthiæ accipit 25. Nov. & 25. Decembr.

1342. Nuptiæ illæ Margaretham inter & Ludovicum Bava-
rum, Brandeburgi Marchionem (sed illegitimæ, tametsi Ludo-
vicus Cæsar dispensasse feratur) processere Meraniæ, die X. Fe-
bruarii. Johannes Henricus interea apud Bertrandum Patriar-
cham Aquilejæ auxilium causæ suæ, sed modico cum fructu,
quæsierat. Ludovicus Cæsar filio suo, & Nurui, non tantum
Tyrolis jura & privilegia confirmavit Monachii die XXVIII. Ja-

nuarii ; sed etiam iisdem (etsi contra æquitatem) Carinthia
Ducatum contulit: uti perhibent CORTUSII de Novitatibus Pa-
duæ, Grævii Tom. VI. pag. 108.

Sane hic Ludovicus junior, peractis nuptiis, deinceps
pleno titulo publicis in literis appellatur : „Ludovicus DEI
„Gratia Marchio Brandenburgi & Lusatiae, Sacri Rom. Imperii su-
„premus Camerarius, Comes Palatinus Rheni, Dux Bavariae, & Ca-
„rinthiae, Comes Tyrolis & Goritiæ &c. STEYERER pag. 614.

Hæc omnia de Margaretha & Ludovico, & his plura,
diplomatibus etiam invenies probata apud STEYERERUM
pag. 129. &c. & pag. 583. &c. Porro etiam in Tentamine
Goritiensi pag. 283. &c. & pag. 371. &c. Hoc demum an-
no (ut refert ANONYMUS LEOB.) Albertus Dux sibi non
nihil de Carinthia a Ludovicis metuens : „Dispositis necessa-
„riis, se, vel de fratribus unum (nempe Fridericum, aut
„Leopoldum, Ottonis filios) sublimare volens in solium Ducatus
„Carinthiaci, juxta consuetudinem ante dictam, & cum ad pun-
„ctum fiendi negotium pervenisset, se ipsum ad thronum hujus
„gloriæ præcipit elevari, Chunrado præsule Gurensi benedictiones
„ad hoc spectantes solemnisante sacræ Missæ tempore super ipsum.
„Questio autem non parva inter milites est exorta, cur fratru-
„libus non indulserit hunc honorem? quidam senserunt, quod pro-
„prium filium per hoc æque in Ducatu hoc voluerit hereda-
„re; alii vero definierunt, quod nobiles terræ hoc egerunt,
„ne constringerentur duplici juramento, si forte Principes dif-

„sentirent, & in conservatione fidei alteri parti obnoxii ba-
„berentur.) Hæc ANONYMUS.

1343. Cum Ludovico Cæsare pacem init Albertus Dux, conciliante Johanna Ducis Conjuge. STEYERER. pag. 7.
1344. Ottonis olim Ducis filii Fridericus & Leopoldus obiere unus post alterum. Chron. ALBERTI ARGENTIN. pag. 129. Urstissi Parte II. ad hunc annum MCCCXLIV.
1346. Carolus IV. a quibusdam, Ludovico infensis, Bonnæ Rex coronatur XXVI. Novembris MCCCXLVI.
1347. Ludovicus Bavarus Imper. periit die III. Octobris MCCCXLVII.
1348. Carolus IV. (Johannis Regis Bohem. filius, frater Johannis Henrici Tyrolensis) Alberto Duci conciliatus, confirmat ipsi, & filiis Rudolfo & Friderico, & hæredibus, omnia jura, & privilegia die Lunæ post S. Urbani (XXVI. Maji) Brunæ. Diploma adfert STEYERER. pag. 148.
- Johannes Henricus, Tyroli expulsus, confirmat quædam concordata patris sui Johannis Regis Bohemiæ, in castris ante Francofurtum, die XI. Octobris, utiturque hoc titulo : *Nos Johannes DEI Gratia Dux Karinthiæ, Tyrolis & Goritiæ Comes.*) (LÜNIG. Cod. Germ. Diplom. Tom. I. pag. 1058.
1356. Rudolfus IV. vivo patre Alberto, literas edidit, quas exhibit R. P. STEYERER, pag. 358. &c. jam suo nomine,
1357. consensu tamen patris, annis MCCCLVI. & duobus sequen-
1358. tibus, cum titulo provinciarum prolixissimo, cuius initium est :

est: *Nos Rudolfus DEI Gratia Dux Austriae, Styriae & Carinthiae, Dominus Carniolae, & Marchiae, & Portus Naonis, Comes Habsburgi, Kyburgi, Ferretarum &c. &c.*

Viennæ die XX. Julii Albertus II. sapiens dictus, expiravit, sepultus in Cartusia Gaming ab se fundata: reliquit quatuor filios, ac tres filias ex Johanna Phæretana. Rudolfus (Austriadum IV.^{tus}) Rempublicam suo, & fratrum Friderici, Alberti, & Leopoldi, nomine gubernat.

De Rudolfo IV. plurimæ exstant & res gestæ, & tabulæ publicæ, quarum nonnullas, præcipue ex accuratissimo STEYERERO nostro, indicabimus, ut inde pateat: quando Rudolfus iste se *Archiducem Palatinum* scribere cœperit, & quanto tempore circiter intermisserit, ac rursum quando *Archiducem*, omisso *Palatino*, se appellaverit, non item ab aliis Principibus ita salutatus. Atque vivente quidem patre Alberto, ac toto anno MCCCLVIII. non nisi titulo *Ducis*, cum titulis solitis, legitur *Rudolfus*, sed cum prolixa titulorum aliorum cauda; ac primum sub anni hujus exordium, dum Colmariæ piæ fundationis tabulas roborat *die Veneris post Purificationem* (die IX. Februarii) STEYERER. pag. 264. Deinde sub ejusdem anni MCCCLVIII. finem, *die S. Nicolai* (VI. Decembris) Gemnicensium Cartusianorum res in Austria, confirmat Viennæ, ubi multo breviore titulo utitur: *Nos Rudolfus Dux Austriae, Styriae, & Carinthiae, profitemur palam &c.* STEYERER. pag. 269.

1358.
Rudolfus
cum fratribus, Frid-
erico, Alber-
to, Leopol-
do.

1359. Rudolfus Dux *Austriæ, Styriæ & Carinthiæ*, cavit Agneti olim Reginæ Hungariæ (Andreas III. Conjugi) de iis, quæ Albertus Dux eidem promiserat. Datum Viennæ die *Jovis ante S. Urbani* (XXIII. Maji.) anno MCCCLIX. &c.) STEYERER. p. 273.

Verum idem Rudolfus Viennæ anno eodem MCCCLIX. Die proxima *Veneris ante S. Margarithæ*, id est, die V. Julii, (secundum vetera Austriæ Calendaria & Necrologia, quæ Festum S. Margarithæ locant ad IV. Idus Julias) titulo sequente novo usus est: „*Nos Rudolfus DEI gratia Palatinus, Archidux (Phallenz Erzherzog) Austriæ, Styriæ, Carinthiæ, Princeps Sueviæ & Alsatiae, Dominus Carniolæ, Marchiæ & Portus Naonis, & Sacri Rom. Imperii Archimagister Venatorum.* Et nos Catharina de Bohemia, filia invictissimi Domini Caroli Rom. Imperatoris & Regis Bohemiæ, Conjux modo dicti dilectissimi Ducis &c. Ordinant res fundatae ab se recens Ecclesiæ S. Stephani Viennæ. STEYERER. pag. 276. &c.

Rursum hoc eodem anno MCCCLIX. Rudolfus Dux die XVIII. Augusti *Archiducis Palatini* titulo abstinuit dum idem Rudolfus cum Ludovico, Margaretha Tyrolensis marito, & æmulo suo, transfigit, concordiamque firmatam nuptiis volunt, ac de dote agunt danda Margaretha *Austriacæ*, sorori Rudolfi Ducis, Conjugi Mainhardi, filii Ludovici. Ambo Principes se *Duces Carinthiæ* scripsero; ita ex Germanico titulos reddo: „*Nos Ludovicus DEI gratia Marchio*

„*Bran-*

„ Brandenburgi, & Lusatiae, S. R. Imperii supremus Camerarius, Palatinus Comes Rheni, Dux Bavariae & Karinthiae, Comes Tyrolis & Goritiæ &c. Et nos Rudolfus „ ex ejusdem DEI gratia Dux Austriæ, Styriæ & Karinthiae &c. . . .) Datum Salzburgi die Dominica post Assumptionem B. V. Mariæ (XVIII. Augusti) in Augusto, „ anno post Christi Nativitatem millesimo trecentesimo quinquegesimo nono) STEYERER pag. 615.

Denique sub finem anni MCCCLIX. in literis datis apud STEYERER pag. 290. & 296. Vienne die Dominica post festum S. Lucia, id est, XV. Decembris (& in aliis I. Novemb.) quibus Haimburgensium jura confirmat, resumit de integro titulos : *Archidux Palatinus Austriæ, Styriæ, & Carinthiæ . . . Archimagister Venatorum S. R. Imp. &c.* Testium primus legitur : *Excelsus Princeps Mainhardus Marchio Brandenburgi, Dux superioris Bavariae, Comes Tyrolis S. R. Imp. Archicamerarius noster affinis.* Hic Mainhardus conciliatus, & affinitate junctus Rudolfo Duci, abstinet titulo *Ducis Carinthiæ*, quo tamen deinde iterum usus fuit anno MCCCLXI. (STEYERER pag. 654. &c.)

Quemadmodum anno superiore, ita & hoc MCCCLX. Rudolfi titulus variat, en istius rei authentica quædam exempla!

Græcii die S. Blasii (III. Februarii) Rudolfus quartus DEI gratia Palatinus Archidux Austriæ &c. . . Runensi Cistercio in Styria confirmat privilegia. Item X. Februarii Græcii Teu-

tonicis *Diplomataria Sacra Ducatus Styriæ Parte II.* Runens. N. L.
 & Teutonicorum N. XXV. pag. 197.

Verum idem die XIX. Martii , seu die Mercurii post
Lætare dum *Muræponi* Gössensibus quædam , in Carinthia
 sita , tuta præstat , Dux tantum *Austriæ* , *Styriæ* & *Carin-
 thiæ* &c. appellatur. *Diplomat. Sac. Duc. Styriæ Parte I.*
Göß. N. XXIII. Gyriensis Cartusiæ privilegia dum Rudol-
 fus Dux roborat : *Datum Cylæ* , feria tertia proxima ante Do-
 minicam , qua cantatur : Domine ne longe , (id est, die XXIX.
 Martii) legitur : *Palatinus Archidux Austriæ* , *Styriæ* & *Ca-
 rinthiæ* *Diplomat. S. Ducatus Styriæ parte II.* pag.
 148. *Gyriens. N. XXVIII.*

Rursum *Viennæ* die *Jovis* post *Festum SS. Petri & Pauli* (die II. Julii) Rudolfus ita legitur : *Nos Rudolhus*
quartus DEI gratia Archidux Austriæ , *Styriæ* , & *Carinthiæ* &c.
 ubi τὸ *Palatinus* omissum est. (*STEYERER* pag. 299. Lite-
 ras hasce refert , quibus Cartusiæ Mauerbacensis rebus pro-
 spicitur.) Simili titulo *Passavii Anno 1365.* se se scripsit
 Rudolfus. *HUNDIUS GEWOLDI Metrop. Salisb. Tom I.* pag. 270.

Attamen in literis , quibus cum Carolo IV. Imperatore
 varia tractat Rudolfus (hic & fratres ejus a Carolo feudum
 hoc anno die XXI. Maji accepere) Dux tantum appellatur ,
 sive a se ipso , sive a Carolo Cæsare. Utræque Literæ Date
 in campis prope Eslingen die Sabbathi ante Nativitatem Virginis Glo-
 riosæ. (*STEYERER* pag. 306. &c.)

Item.

Item in Charta, qua transigit cum Ludovico Rege Hungariæ, Rudolfus *Ducis* titulo contentus est. (*Datum Posonii die II. Augusti an. MCCCLIX.*) STEYERER pag. 285.

Denique *Dux* tantum scribitur, cum Friderico fratre *Rudolfus*, in negotio privati hominis. *Datum Schwabach die Veneris ante S. Thomæ Apostoli.* die XVIII. Decembris MCCCLX.

Tres igitur titulorum formulas hoc biennio usurpavit Rudolfus: *Palatinus Archidux*, vel *Archidux*, vel *Dux* tantum, quo postremo semper compellatus legitur, quando cum Principibus majoribus, aut æqualibus negotium tractabatur.

Hoc anno MCCCLXI. non nisi *Ducis Austriae, Styriae,* 1361. *& Carinthiae, Domini Carniolæ &c.* titulos tributos lego *Rudolfo, & fratribus.* Seu sub initium anni, *Ferreti* sine die: seu in *Monasterio Lutra die XVIII. Martii.* Sive sub initium Julii *Viennæ*, sive denique *Goritiæ die SS. Mauritii & Sociorum,* XXII. Septembris: Rudolfō cum Mainhardo *Goritiæ Comite paciente.* Literæ istæ ordine apud STEYERERUM habentur: pag. 319. 321. & 332.

Die XVIII. Septembris MCCCLXI. obiit Ludovicus Bavarus, Comes Tyrolis, Margaretha senioris alter maritus, relictio Meinhardo filio, (*Tentamen Geneal. Goritiæ Com. ad finem.*)

At enim anno MCCCLXII. rursum titulus Rudolfi variat. *Viennæ die VII. Januarii:* Rudolfus *Dei gratia Dux Austriae, Styriae & Carinthiae, Dominus Carniolæ &c.* suo & fratrū *Ducum Chronol. P. I.* 1362. O nc-

nomine , Ludovico Regi Hungariæ se subsidia ex pactis debere profitetur, STEYERER. pag. 333.

Porro deinde Viennæ die I. Aprilis, Rudolfus D. G. Archidux Austriae &c. privilegia firmat cœnobio Cisterciensium ad S. Crucem in Austria. HERGOTT Monum. Austr. Tom. I. pag. 229.

Eodem Archiducis titulo Rudolfus roborat Passavii die penultima Julii MCCCLXII. privilegia Ecclesiæ S. Nicolai. HUNDIUS GEWOLD. Metr. Salisb. Tom. II. pag. 397. Demum Viennæ Sabbato ante S. Nicolai, II. Decembris Rudolfus foundationem Augustinianorum in Fürstenfeld constituens, Archidux Austriae &c. comparet. STEYERER pag. 348. Die X. Decembris obiit Fridericus, frater Rudolfi Ducis. (vide STEYERER. pag. 572. ad 574.)

1363. Margaretha senior , Henrici Ducis Carinthiæ filia , (mortuo filio Mainhardo , sine herede , die XIII. Januarii : Vide Tentam. Goritiæ Geneal. sub finem) cum consilio procerum Tyrolis , eandem provinciam , & jura sua in Goritiam transcribit Rudolfo IV. Austriaco , & Alberto ac Leopoldo , ejus fratribus , atque ipsorum heredibus. Datum Bozen die S. Polycarpi , die Jovis post Conversionem S. Pauli XXVI. Januarii MCCCLXIII.) STEYERER. pag. 358. &c. His in literis Margaretha ista scribit Ducissam Carinthiæ , quo titulo abstinuit anno MCCCLIX. dum prima vice Monachii die Jovis ante Nativitatem B.V. Mariae , easdem terras Ducibus Rudolfo , & fratribus promisebat , quos ipsa Duces , non Archiduces , appellat.

In

In reliquis hujus anni tabulis publicis : Pridie Idus Aprilis, (XII. Aprilis,) Viennæ, ubi de sua sepultura Rudolfus statuit ; STEYERER. pag. 378. Aut Viennæ item, XVIII. Maji (*in Vigilia Pentecostes*) ubi de SS. Reliquiis, in Ecclesia S. Stephani repositis agitur. STEYERER. pag. 318. Sive rursum Viennæ XXI. Maji. Gössensi Parthenoni quædam privilegia impertiens Rudolfus, semper scribitur : *Archidux Austriae, Styriae & Carinthiae, Dominus Carniolæ &c.* (*Diplomataria sacra Ducatus Styriae. Parte I. Gössenf. N. XXIV.*)

Dum Rudolfus, & fratres hoc anno Brunæ cum Carolo Cæsare, & cum Bavariæ Ducibus tractant, seu VIII. seu X. Februarii, id est, in festo S. Scholasticæ, ternis documentis, *Duces* tantum scribuntur. STEYERER. tabulas refert pag. 379... 382. &c. Subinde *Die XVI. Martii, Actum & Datum Viennæ*, Rudolfus Stamsensi Cœnobio in Tyroli, privilegia confirmans ita legitur : *Rudolfus Quartus, DEI gratia Archidux Austriae, Styriae & Carinthiae, Dominus Carniolæ, Marchiæ, ac Portus Naonis &c.* (STEYERER. pag. 399.) Hic postremum mihi occurrit *Dominus Carniolæ* an. MCCCLXIV.

Nam eodem anno (die VIII. Maji) die Mercurii post Inventionem S. Crucis in tabulis Ludovici & Ottonis, Ducum Bavariæ, leguntur : *Dux Rudolfus, & Albertus, ac Leopoldus Dux Austriae, Styriae, & Carinthiae, ET CARNIOLÆ, Domini Marchiæ Vindorum &c.*) STEYERER. pag. 391. Deinceps Carniola semper Ducatibus Austriacis adnumerata legitur, uti hoc anno in

charta Alberti Comitis Goritiæ, data Viennæ die Jovis post S. Petronellæ, die VI. Junii, ubi appellat Ducem Rudolfum, Ducem Austriae, Styriæ, Carinthiæ, & Carniolæ &c. STEYERER. pag. 399.

At enim semet Rudolfus, & fratres rursum Archiduces compellat in literis, datis de unione inter fratres, & simultanea possessione provinciarum ad mentem Alberti patris: ac de administrando regimine per Seniorem familie Austriae &c. Datum Viennæ pridie S. Elisabethæ (XVIII. Novembris) Anno MCCCLXIV. Titulus ita inchoatur: *Nos Rudolfus quartus, Albertus, & Leopoldus, DEI gratia Archiduces Austriae, Styriæ, Carinthiæ, & Carniolæ, Domini Marchæ Vinidorum, & Portus Naonis ... STEYERER. pag. 401. &c.*

1365. Die Jovis ante Purificationem B. V. Mariæ (XXX. Januarii) Viennæ, Johanni Abbatii ad Mariam Zell in Austria Rudolfus obit. Albertus, & Leopoldus. privilegia rata habet Rudolfus D. G. Archidux Austriae, Styriæ, Carinthiæ, & Carniolæ &c. STEYERER. pag. 407. &c.

Simili titulo ad mortem usque usus est Rudolfus, una forte, vel altera charta excepta. Viennæ, die S. Scholasticæ (X. Februarii) Alberto Episc. Pataviensi confirmat, quæ pater Albertus Dux rata olim pronunciarat. HUNDIUS GEWOLDI Tom. I. Metrop. Salisb. pag. 270. Deinde Viennæ XII. Martii: Rudolfus Quartus, Albertus, & Leopoldus, fratres uterini, D. G. Archiduces Austriae, Styriæ, Carinthiæ, & Carniolæ &c. consti- tuunt, & ordinant Scholas Viennæ. STEYERER. pag. 415. &c.

Item

Item Viennæ (die IX. Martii) Rudolfus fundat missam, dicendam apud Runenses Cistercienses in Styria : Datum Viennæ, Dominica Reminiscere, An. MCCCLXV. (Diplomataria S. Duc. Styriæ P. II. Runens. N. LII. pag. 3.) Viennæ rursum Parthenoni S. Claræ immunitatem circa vinum dat Rudolfus, die XVIII. Martii, *diz Martis ante Dominicam Lætare*, atque isthic tantum DUX Rudolfus scribitur ; nisi in describendo est erratum. STEYERER. pag. 379. Denique Badenis, in Austria, die Sabbati post Pascha (XIX. Aprilis) Rudolfus cum duobus fratribus, Archiducum titulo insignes, controversa componunt cum Capitulo, & Episcopo Pataviensi, de Ecclesia S. Stephani Viennæ. STEYERER. pag. 545.

Omitto alia diplomata anteriora Rudolfi & fratrum apud STEYERER. pag. 488. 457. Attamen Albertus Pataviensis Episc. Rudolfum, & fratres, *Duces* appellat. Die VII. Martii STEYERER. pag. 415.

Die XXVII. Julii Rudolfus IV. Austriacus, cognomento *Fundator*, & *Ingeniosus*, ad meliorem vitam abiit Mediolani, nullo filio herede relicto : sepultus subinde Viennæ ad S. Stephanum. Ducatum regimen simul gessere duo reliqui fratres *Albertus* & *Leopoldus*. STEYERER. pag. 26. § 549. § c. Fæbulæ sunt, quas de Margaretha Maultaschia, a Rudolfo IV. in conjugem adscita, quidam narrant ; nam sola ejus uxor carissima, & marito superstes, fuit *Catharina*, Caroli IV. Cæs. filia. STEYERER. pag. 27. § 564.

1366. *Albertus, ac Leopoldus fratres, post Rudolfi obitum titulo Archiducis seposito, Duces & ab semet, & ab aliis appellati fuere.*

Catharina, Rudolfi vidua, cui liberaliter provisum erat, cedit omnes prætensiones suas, cum consensu patris sui Caroli Augusti, in terras Austriacas Ducibus Alberto & Leopoldo, Datum Viennæ (XXVIII. Decembris) Die Lunæ ante Circumcisionem Domini. STEYERER. pag. 565.)

1366. Varias hoc anno gratias Carolus IV. Imp. contulit Alberto Duci, genero suo, & Leopoldo: illa præcipua est, quod omnes terras eisdem, a patre & patruo relictas, de novo contulerit, seu confirmarit. Datum Viennæ pridie Ascensionis Domini (XXV. Martii.) LÜNING Cod. Germ. Diplom. Tom. II. pag. 519.) Item: Repert. Austriaci Parte I. pag. 23. ubi dies S. Pancratii (seu XII. Maji) adscripta est.

1367. Duces fratres, dum Græcii die Lunæ post festum SS. Petri & Pauli, quædam annunciant, & ordinant Decano Vienensis, & Canonicis ad S. Stephanum, hoc titulo, uti & alias, utuntur: *Nos Albertus & Leopoldus fratres, DEI gratia Duxes Austriae, Styrie, Carinthiae, & Carniolae, Comites Tyrolis &c.* (STEYERER. pag. 527.)

Iidem Duces hoc anno Græcii Feria II. post S. Jacobi Apostoli Runensi Cistercio privilegia, a patre suo indulta confirmant. (Diplomat. S. Ducatus Styrie. Parte II. Run. LIII. pag. 37.)

Margaretha Maultaschia, Henrici Ducis Carinthiæ filia, 1369.
 Mainhardi neptis, titulo Ducissæ Carinthiæ usq; die III. Octo-
 bris Viennæ decepsit, ibidem in Ecclesia S. Crucis sepulta.
 Dici ea solet *Margaretha Senior*; nam junior *Margaretha Au-*
striaca erat, Alberti II. filia, Mainhardo Bavarо-Tyrolio uxor
 data an. MCCCLIX. Deinde MCCCLXIV. nupta Johanni
 Henrico, olim Margarethæ senioris marito; obiit MCCCLXVI.
 XIII. Januarii. *Vide Tentamen Geneal. Com. Goritiæ prope finem.*
 Aliquot Margarethæ junioris tabulas adfert STEYERER.
 pag. 670. &c.

Alia Alberti & Leopoldi Diplomata usque ad annum
 MCCCLXXIX. hic prætero; in *Regesto Diplomatico Cl. GEORG.*
 aut in *Diplomatarii sacris Ducatus Styriæ* nonnulla videri possunt.

Non assentior FUGGERO Birkenii (*speculi honor. Domus*
Austr. Lib. III. Cap. VIII. pag. 347.) qui Albertum & Leopol-
 dum Duces, divisiones provinciarum iteratis vicibus tres insti-
 tuisse perhibet, & primam quidem paullo post mortem Ru-
 dolfi IV. an. MCCCLXV. cum tamen anno præcedente op-
 posita omnia solemniter fratres constituerint, uti supra anno
 MCCCLXIV. indicavi. Deinde alteram divisionem anno
 MCCCLXX, ubi Leopoldo Styria, Neostadium, & Comitatus
 Buttenensis acceperit ad Helvetica & Suevica, quæ jam anno
 MCCCCLXV. obtinuisset. At enim inter diplomata *Runensia*,
Diplomat. S. Ducatus Styriæ Parte II. N. LIV. & LV. pag. 38.)
 Albertus Dux suo & fratri nomine in Styria gratias distri-
 buit,

1371. buit, nempe Dux Albertus Runense Cistercium per omnes terras Austriacas a Vectigalibus immunes declarat (*Viennæ feria II. post S. Andreæ Anno Dom. MCCCLXXI.*) De tertia Fuggeri, & fortasse prima, aut altera terrarum divisione mox agetur ad an. MCCCLXXVI.

1372. Idem *Albertus Dux*, Germanicis literis (quales erant & præcedentes) declarat: Advocatiam Runensis cœnobii nemini competere, nisi sibi, ac fratri suo *Leopoldo*. *Datum Græciæ feria IV. post S. Laurentii Anno MCCCLXXII.*) Quod si Leopoldo Styria cessisset anno MCCCLXX. Advocatia Runensium a *Leopoldo* afferenda præprimis erat Græciæ, suo, & dein *Alberti* fratris nomine, ob communionem jurium, etsi possessio divisa fuisset.

1376. Ad an. MCCCLXXVI. divisionem provinciarum inter *Albertum* & *Leopoldum* processisse, perhibet *Fragmentum historicum de IV. Albertis*, apud *HIERON. PEZ. Script. Austr. Tom. II.* pag. 384. *Albertumque*, amatorem pacis, solam sibi Austriam (totam, uti est hodie) retinuisse. *HASELBACHIUS in Chron. Austr. ibidem pag. 811.* De dupli divisione subobscurè loquitur; attamen annum demum MCCCLXXIX. certæ stabilique divisioni assignat, factæ in *Neunburgo Claustralı*, Dominica ante *Michaelis* die XXV. Septembris, qua solam sibi Austriam (cum Styrenſi arce, Ischland & Hallstat &c.) *Albertus* servavit. Itaque Leopoldo etiam *Carinthiæ* Ducatus obtigit. *FUGGERUS* (supra citatus) divisionem tertiam provinciarum in annum MCCCLXXX. rejicit, qui fortasse ex *HAGENI Chronico Austr.*

{ vel

(vel ex Arenpeckio,) HIER. PEZ. Tom. I. pag. 1153. eam sententiam desumit. Sed HAGENUS (uti & ARENPECKIUS pag. 1244.) divisionis annum non exprimit; mox tamen aliud narrat HAGENUS, quod anno MCCCLXXX. accidisse perhibet. HASELBACHIO itaque accuratiori assentior de solemniore divisione provinciarum an. MCCCLXXIX. suscepta; tametsi non negem, anno MCCCLXXVI. priorem aliquam distributionem fuisse factam, qua (teste Fragmento illo vetere) Leopoldo Helveticæ, Suevicæque provinciæ contributæ fuerint. Utinam Tabulæ ipsæ harum divisionum ad manus essent! Varia Wenceslai Regis Diplomata, in negotiis Leopoldi Ducis edita, confirmant divisionem anni MCCCLXXVI. quæ, uti & ipsius Leopoldi aliqua diplomata in *Regestis diplomaticis* Cl. GEORGISCH videre licet, ad annos MCCCLXXVIII. & duos sequentes. Facta licet provinciarum separatione, titulos tamen stirps utraque eosdem omnes retinuit, atque pacta, de gubernio per seniorem familie etiam alterius stirpis, si minorenus adesset, in suo vigore deinceps mansere.

Leopoldus Dux, jam solus potestatem suam per Styriam & Carinthiam exercet, dum suo duntaxat nomine cum Lamprechto, seu Lamberto Episcopo Babenberensi paciscitur, de mutua defensione in Styria & Carinthia, eaque in heredes Leopoldi, & successores Episcopos duratura. Datum Græci in Vigilia S. Matthei Apostoli (XX. Septembris) Anno post Nativitatem Christi Millesimo trecentesimo & octogesimo. (LÜNIG Spicil. Chronol. P. I. P Ec-

Eccles. Tom. II. pag. 50. & 51.) In his literis fit etiam mentio
Judæorum in Carinthia; sed nulla uspiam vestigia *Archiducatus*.

Videri etiam potest: *Diplomatar. S. Ducatus Styriæ P. I.*
Seccov. N. CLXXXIX. pag. 282. ubi *Leopoldus Dux Seccoviensi*
Canoniæ hoc anno concedit navim ad vinum vehendum: *Feria VI. ante Dominicam Misericordia.*

1386. Leopoldus III. Dux, Probi cognomine, ad Sempach
Leopoldus obit: Eius filii: Wilhelmus, Leo-
poldus, Ernestus, Fridericus, gubernante Al-
berto III. in pugna ab Helvetis victus, fortiter dimicans occumbit, die
X. Junii, sepultus in Koenigsfeld. Ex conjuge Viride, Ber-
nabovis Ducas Mediolani filia, reliquit heredes filios quatuor:
Wilhelmum, Leopoldum, Ernestum, Fridericum, qui simul pa-
tris provincias omnes possedere, gubernatione debita *Wilhel-*
mo, natu maximo. Ea etiam quatuor filiorum fecunditas,
causa antea fuerat, cur Albertus (*III^{tius}, & cum Trica dictus*)
cui unus tantum filius *Albertus IV.* obtigit, fratri *Leopoldo* omnes,
præter totam Austriam, provincias concesserit.

1386. *Wilhelmus Dux*, cum hoc anno nuptiis Hedwigis
sponsæ, & spe regni Poloniæ excidisset; e Polonia in Au-
striam redux, jus gubernandarum provinciarum, quod sibi,
fratrum natu maximo & majorenni competit, omne trans-
tulit in patrum suum *Albertum III.* his pactis: Albertus,
quoad viveret, omnia Austriacorum regeret, & fratris filiis
de nuptiis provideret; Alberto III. mortuo *Wilhelmus*, aut
agnatorum senior, omnes terras Austriacorum, etiam Alber-
ti IV, filii Alberti III, in potestate haberet. Quod si Alber-
tus

tus IV. per vim divisionem extorqueret , sola ei Austria cederet, patris alioquin sola hereditas. Has literas exaratas fuisse *Viennæ Feria IV. ante S. Colomanni* seu die VIII. Octobris, memorat **HASELBACHIUS** in *Chron. Austr. Hier. Pez. Tom. II.* pag. 822. & germanica literarum verba recitat.

Gubernium ergo provinciarum, ex paetis recentissimis, 1387. nomine suo & filiorum Leopoldi Probi, suscepit *Albertus III.* senior familiæ Austriacæ. Testantur id diplomata in rebus & Carinthiæ, & Helveticis ab Alberto III. edita. Nam fœdus a Leopoldo Probo ante annos VII. initum de fundis Carinthiæ & Styriæ mutuo defendendis , cum Lambrechto Episcopo Bambergensi , hoc Anno MCCCLXXXVII. Hallæ in valle Æni , die Sabbati post S. Dorothæa, IX. Februarii, instauravit Albertus Dux hoc titulo , & exordio : *Nos Albertus , D. G. Dux Austræ, Styriæ, Carinthiæ, & Carniolæ, Comes Tyrolis &c.* Notum facimus tam pro nobis , quam pro patruelibus nostris, & heredibus. . . . (*LÜNIG Spicil. Eccles. Tom. II.* pag. 52. N. LIX.)

Similes Helveticas Alberti chartas refert **HERGOTT.** Geneal. diplomat. Vol. I. p. 222. & Vol. III. ad ann. 1378. &c. Alberti Literas complures consequentium annorum , apud Cl. **GEORGISCH** invenies.

Albertus III. (cum Trica,) diem supremum Lachsenburgi vixit XXIX. Augusti MCCXCIV. Ita **HASELBACHIUS** in *Chron. Austr.* Attamen **VITUS ARENPECKIUS** in *Chron. Austr.*

Austr. annum sequentem Alberto fatalem notat, ac diem XXVII. Augusti, seu Dominicam ante S. Augustini. HASELBACHIO utique assentiri malo, cum quo tabulæ publicæ consentiunt. Enim vero ex pactis anno MCCCLXXXVI. initis, *Wilhelmus* Austriacarum terrarum gubernator tam pro fratribus suis in Styria, Carinthia, Carniola, Suevia, Helvetia &c. quam pro Alberto IV. Alberti III. unico filio esse debuit. Atque etiam *Wilhelmus* Dux in negotiis Austriæ *Albertum*, in reliquarum terrarum rebus *fratres suos* commemorare in literis publicis solebat.

1396. Et sane Anno MCCCXCVI. Vienæ Dominica, qua canitur: Reminiscere, in Quadragesima. (XXVII. Februarii) Dux *Wilhelmus* Frisingensi Episcopo Bertholdo, Cancellario suo, confirmat gratias Frisingensibus subditis in Carinthia, olim ab Ulrico Duce an. MCCLXV. concessas, de exemptione a certis judiciis. Initium ita habet: „*Nos Wilhelmus D. G. Dux Austriæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Dominus Marchiæ Viniidorum &c. profitemur pro nobis, & pro nostris charis fratribus, Duce Leopoldo, Duce Ernesto, & Duce Friderico, & pro nostris heredibus, ac successoribus, tanquam senior Princeps, & Dominus prædictarum provinciarum.* (MEICHELBECK Hist. Frising. Tom. II. Parte II. pag. 210. &c.)

1396. Alterum documentum in rebus Austriacis. Datum Vienæ, die S. Bartholomæi Apostoli, (XXIV. Augusti) quo castrum Waldenfels Dominis de Starchenberg fratribus Casparo & Gun-

Gundaccaro, pignori pro pecunia opponitur, ita inchoatur : Nos *Wilhelmus*, & *Albertus patruelles*, Dei gratia Duces *Austriæ*, *Styriæ*, *Carinthiæ*, *Carniolæ*, Comites *Tyrolis* &c.) (BERN. PEZ. Cod. Diplomat. Epist. Parte III. pag. 115. N. LXXIX.)

Ubi vero *Wilhelmus* non aderat, ibi fratrum aliquis, præcipue ceteris senior, suo & fratrum nomine aliquid constituerre poterat. Ita Dux *Leopoldus*, fratrum nomine excepit iusjurandum fidelitatis Dominorum de Arco in Tyroli, hoc ipso Anno MCCCXCVI. die V. Januarii. Datum Bolzano (LÜNING Codex German. Diplom. Tom. II. pag. 794.)

Rursum *Wilhelmus*, cum *Leopoldo fratre*, hoc eodem anno *Viennæ die Martis Paschali*, aliam gratiam conferunt : Nos *Wilhelmus*, & *Leopoldus fratres*, D. G. Duces *Austriæ* &c. *patlam facimus bis literis pro nobis*, & *nostris fratribus, heredibus, & posteris. . . .*) (MEICHELBECK Hist. Frising. Tom. II. Parte II. pag. 266.)

Wilhelmus & *Albertus patruelles*, instaurant pacta mutuæ defensionis in *Carinthia*, & *Styria*, cum Alberto Episcopo Bambergensi. Datum *Viennæ die Mercurii ante S. Viti*, anno MCCC. nonagesimo nono. (die XI. Junii) LÜNING Spicil. Eccles. Tom. II. pag. 54.

Albertus IV. ob dissensionem cum tutele *Wilhelmo Palæstinam* adit vel MCCCXCIX, vel MCCCC. (HASSEL-BACH. pag. 813.) Consequentibus annis interdum *Leopoldum*, alias *Wilhelnum* suo & fratrum, vel patruelis *Alberti nomine*,

literas edidisse invenio apud GEORGISCH, HERGOTT, & inter Diplomataria Sacra Ducatus Styriæ, quæ Brevitatis studio prætereo.

1404. Teste HASELBACHIO pag. 825. collata cum pag. 826.
Wilhelmus Anno MCCCCIII. Claustro-Neoburgi *Albertus IV.* Dux & professor Austriæ, decepsit die XXV. Augusti. Ex Johanna Bavara, Alberti filia, filiolum reliquit *Albertum V.* sub *Wilhelmi patruelis tutela.*) Appendix ad Hageni Chron. diem obitus ponit XIV. Septembr. annum MCCCCIV. Eundein ann. ARENPECKIUS.

WILHELMUS Dux pro se & fratribus, ac patruele *Alberto V.* facit pacta successionis cum Wenceslao Rege Bohemiæ, die III. Novembris: & eadem die Wenceslai Regis horum pactorum, jam olim initorum, confirmatio, data est die Lunæ post festum OO. SS. in Budweis. (LÜNIG Cod. Germ. Dipl. Tom. I. pag. 1415.) & R. A. parte speciali, Contin. I. Fortsez. I. pag. 68.

Wilhelmus Dux, uxori suæ Joannæ Ducissæ Dyrrhachii,
1405. sorori Ladislai Regis Siciliæ, cavet de Antidote & Morgen-geba, pignori opponens Carinthiam, excepto Neyburgo, & Dominio Ort in Austria, pro ducentis millibus florenorum, ad dies vitæ Joannæ, cui Ladislaus Rex CCC. millia flor. prodote promisit. (Repertor. Austr. MS. Parte III. fol. 275.)

Postremus hic annus fuit *Wilhelmo* Duci, qui antea
1406. XXXI. Januarii, nomine suo & *Alberti V.* patruelis quædam
Wilhelmus abit. constituit de societate stellæ argenteæ, fibula suffixæ. Datum

Vien-

Viennæ, Dominica ante Purificationem B.V. MCCCCVI. (Rousset Supplém. au Corps Diplom. Tom. I. Parte II. pag. 311.)

Wilhelmus, antea cum Sigismundo Rege dissentiens, decessit Viennæ die divisionis SS. Apostolorum, sub vesperum, (seu die XV. Julii,) sepultus item Viennæ. Nullam reliquit prolem ex Johanna, Caroli parvi, Hungariæ olim Regis, filia.

Alberti V. tutelam in Austria suscepit Leopoldus, reliquorum fratrum natu maximus; sed cum *Ernestus* quoque de ea contenderet, cedente *Leopoldo*, alternis ut mensibus fratrum alter (vel sine temporum discrimine uterque) Austria gubernaret. *HASELBACH. Chron. Austr. Pez. T. II. Script. Austr. pag. 817. & 818.*) (*ANONYMI Vienn. Chron. ibidem pag. 148.*) (*Appendix ad Chron. Hageni, Hier. Pez. Tom. I. pag. 1164.*) Diplomata in rebus Austriacis data hoc, & sequentibus annis occurunt, quædam *Leopoldi*, quædam *Ernesti* Ducis nomine exarata, apud **GEORGISCH & MEICHELBECKIUM, HERGOTT.** & alios, sed quæ ad rem nostram non faciunt.

Hoc item anno MCDVI. tres reliquos fratres Duces *Leopoldum, Ernestum, & Fridericum* divisionem terrarum, quas *Ernestus*. quisque suo jure gubernaret ac possideret, de integro inivisse, recentiores Historici produnt, qua *Leopoldo* Helvetica, Suevica, Alsatica, & pleraque Rheno adsita cessere: *Ernestus* Styriæ, Carinthiæ, & Carniolæ Ducatus, cum annexis obtinuit: *Friderico* natu minimo, Tyrolis &c. obtigit. Titulos tamen omnes Austriadum, Duces singuli retinuere.

Equi-

E quidem VITUS ARENPECKIUS in Chron. Austr.

- Hier. Pez. Tomo I. pag. 1275. Anno demum MCDXI. di-
 1411. visionem aliam provinciarum , & mortem Leopoldi Ducis
 ita refert : „ Hic Dux Leopoldus decollari fecit XXXVI.
 „ Cives Viennenses , & obiit Anno Domini MCDXI.
 „ in die S. Erasmi Martyris. (III. Junii) Mortuo igitur Wilhel-
 „ mo Duce, ac fratre ejus Leopoldo Juniore sine liberis , Erne-
 „ stus & Fridericus fratres diviserunt terras. Ernesto cessit pars
 „ inferior, scilicet Styria, Carinthia, & Carniola ; Friderico pars
 „ superior, scilicet Tyrolis, Alsatia, Burgovia , &c.

Dies obitus Leopoldi Ducis vitoſe aliqua ex parte nota-
 ta extat apud HASELBACHIUM Lib. V. Chron. Austr. pag. 840.
 ita : In die ipsa S. Erasmi , quæ tunc erat quarta feria in feſto Pen-
 tecostes , tertio Maji ſubito cecidit Leopoldus. Nam ſcribi debuit
 III. Junii , qua die olim S. Erasmi festum celebratum eſt , & cui
 feria IV. Pentecostes hoc anno MCDXI. convenit. Sepultus
 Viennæ fuit Leopoldus ad S. Stephanum. Laudatus HASEL-
 BACHIUS nihil de divisione terrarum anno MCDVI facta me-
 morat ; ſed ad an. MCDIX (pag. 839.) Viennæ, mense Augu-
 ſto tres fratres cum Alberto V. patruele , Thesaurum Austria-
 cum inter ſe diſtribuiffe perhibet.

1411. Itaque ARENPECKIO hac in re adſtipulari malim, de
 divisione terrarum anni MCDXI, quam recentioribus, qui ean-
 dem quinquennio anteverunt, niſi duabus vicibus diſtributio
 fuſcepta fuit. Leopoldo mortuo Austriaci proceres Albertum V.

hoc

hoc anno Austriæ solio imponunt, exclusis patruelibus *Ernesto*, & *Friderico*, quos id male habuit. **HASELBACH.** pag. 842.

In Palæstinam hoc aut præcedente anno pietatis ergo 1412. iter instituisse Ernestum Ducem, refert **HASELBACHIUS** pag. 844. at inde reducem in Poloniam abiisse, atque Ducissam Masloviæ *Cimburgam* Ziemoviti filiam duxisse, ex qua anno MCDXV. natus fuit Fridericus, postea Imperator hoc nomine III.

Ernestus Dux Viennæ II. Februarii, deinde Neostadii 1413. Feria V. post Assumptionem B. V. literas edidit, quæ sunt in *Archivo Græcensi*:

Die XVIII. Januarii Græcii Ernestus Ordinibus Styriæ 1414. jura & privilegia confirmat. (*Landsbandvest des Herzogt. Steyer.*) deinde Carinthiam & Carnioliam lustrat, in Carinthia antiquo ritu per rusticum Dux renunciatus. Memorabile in primis ad res Carinthiæ documentum est, typis olim editum in Libro : *Lands-handvest des Löblichen Erz-Herzogtum Kärnten* an. 1610. fol. pag. 13.) quod recusum habemus apud LÜNIG *Teutsches R. Arch. Parte Spec. Contin. I. Tom. II.* pag. 162.) cuius initium ita habet, ex Germanico Latinum : „ Nos „ Ernestus DEI Gratia *Archidux* Austriæ, Styriæ, Carinthiæ, „ Carniolæ, Dominus Marchiæ Vinidorum, & Portenaviæ, „ Comes Habsburgi, Tyrolis, Ferretarum, & Kyburgi, Mar- „ chio Burgoviæ, & Landgravius Alfatiæ &c. hisce literis „ notum facimus omnibus præsentibus & futuris: venisse ad *Chronol. P. I.*

Q

„ nos

„ nos dilectos fideles nostros Nobiles , Equites , Plebejos ,
 „ omnesque provinciæ ordines nostri ARCHIDUCATUS
 „ CARINTHIAE) Confirmat vero Ernestus ju-
 ra , favores , immunitates , bonas consuetudines , quas , a Du-
 cibus antecessoribus acceptas , deinde enumerat ; addit sub
 finem : velle se , ut in omnibus , quæ hic scripta non ha-
 beantur , sequantur jura procerum & Nobilium Styriæ . „ Da-
 „ tum ad S. Vitum in Carinthia , die Martis post Domini-
 „ cam , qua canitur : Judica , in Quadragesima . (XXVII .
 „ Martii) Anno post Nat. Christi Millesimo quadringentesi-
 „ mo & decimo quarto .) Aliæ duæ Ernesti Chartæ , cum
 titulo *Archiducis* , & mentione *Archiducatus Carinthiae* , datæ hoc
 anno , item ad S. Vitum die Dominica *Judica* : & altera die
Martis proxime sequente , extant in *Landshandvest Carinthiae*
 pag. II. & 12. In altera , feuda cum immunitate dantur
Gregorio Schatter , dicto *Edlinger* , rustico , qui Ducem Carno-
 burgi paullo ante Sedi Ducali , pro vetere more , imposuit .
 Vidi *Tabularii Austriaci* chartam aliam feudalem Ernesti ,
 ubi Archiducatum Carinthiae appellat M C D X I V . ad S.
Vitum , Die Lunæ post Dominicam *Judica* . Hic denique
 primum , quod ego norim : *Carinthia* titulo *Archiducatus* ab
 ipso Principe honoratur , de quo titulo pluribus agemus
 Capite VIII .

Dux Ernestus etiam Labaci in Carniola per Quadra-
 gesimam Sacramentum fidelitatis accipit , variasque Ordini-
 bus

bus provinciæ, & cœnobiis gratias impertit, de quibus VALVASOR P. III. fol. 277.

Cum Fridericus Dux Austriacus, Comes Tyrolis, in 1415. Concilio Constantiensi Papam Johannem XXIII. adjuvisset, ut clam Constantia elaberetur; Sigismundus Rex Rom. Fridericum terris suis excidisse pronunciavit. Itaque ne alienas in manus eæ devenirent, Ernestus, Friderici, interea captivi, frater, Tyrolim occupat. At cum subinde Friderico reduci 1416. Ernestus decidere cunctaretur, discordia inter fratres aliquamdiu obtinuit. *Acta Concilii Constantiensis.* (HASELBACH. &c alii.)

Duces Ernestus, Albertus, & Fridericus, cum antea varias ob causas dissiderent, hoc anno sunt confederati, teste HASELBACHIO pag. 846. Hier. Pez. Tom. II.) Nam cum Alberto V. ob tutelam tricæ erant ab an. MCDXI. Inter fratres vero Ernestum & Fridericum ab an. MCDXVI. ob retentam ab Ernesto Tyrolim lites fervebant.

Fœdus defensivum, jam olim a Leopoldo III. & Alberto III. & Wilhelmo Ducibus ratione Carinthiæ initum cum Episcopis Bambergensibus, de fundis in Carinthia, & Styria mutuo tutandis, Ernestus Dux innovat cum Friderico Bambergensi Antistite. Datum Neostadii Sabbato ante S. Matthæi Apostoli & Evangelistæ, MCDXXIII. (die XVIII. Septembris) LÜNIG Spicil. Eccles. Tom. II. p. 57. In titulo initiali omissum est per incuniam τὸ DUX, vel Archidux. Attamen in præfixa eptiome legitur: *Archidux.*

1424.

*Ernestus
obit.*

Ernestus vitam clausit die Sabbati ante S. Viti (seu die X. Junii) Ita *Appendix ad Chron. Hageni*, *Hier. Pez. Tom. I. Script. Austr. pag. 1164*; Sed *Chronicon Stamsense*, *ibidem Tom. II. pag. 459.* annum quidem eundem, sed male diem *V. Idus Julii*, notat, seu *XI. Julii*, sepultumque fuisse Runæ in Styria. *Chronicon breve Anonymi Tegernseensis* diem X. Junii confirmat. *Ibidem pag. 469. Tomi II.*) Diem X. Junii ipse Fridericus, Ernesti filius, in libello adscripsit, de quo **LAMBECIUS** *Itin. Cellens*. Reliquit e Cimburgi, altera uxore, duos filios, Fridericum Placidum (vel Pacificum dictum) Tyrolensis. & Albertum.

1433.

*Fridericus
junior, &
Albertus,
sub tutela
Friderici
senioris
Tyrolensis.*

Fridericus, natus MCDXV. die XXI. Septembris, cum fratre juniori Alberto, sub tutela Friderici Tyrolensis fuit, usque ad annum MCDXXXV. quo ipse regimen adiit. *Lambellus ab ipso Friderico conscriptus de rebus suis, apud Lambecium Itin. Cel. pag. 23.*) Transactionem de limitibus factam inter Duces Austriæ, & Hermannum Comitem Ciliæ, confirmat Fridericus Junior Dux Austriæ &c. pro se & patruele suo Duce Friderico, & Alberto fratre suo: Græci MCDXXXIII. die Mercurii in Paschate. (PUSCH. in *MStis ex Tabulario Græcensi Lad. 39. N. 36.*)

1436.

Die S. Blasii (III. Februarii) Græci an. MCDXXXVI. Fridericus junior, jure Ducis Carinthiæ, & Carniolæ, innovat fœdus defensivum mutuum cum Sede Bambergensi, ejusque præside Antonio. (LÜNIG. *Spicil. Eccles. Tom. II. pag. 59.*)

Fri-

Fridericus isthic titulo *Ducis* tantum utitur, more solito plerorumque majorum, ac subinde in Palæstinam loca sacra veneratus, cum Marino de Coroninis, Episcopo Tergestino, multisque nobilibus, quos ipse in *Libello suo* enumerat, profectus est *Fridericus*, qui die S. Laurentii Tergesti navim conscendit: Eques vero solemni ritu equitum *Cypri*, seu *de S. Sepulcro*, creatus fuit per Dominum Albertum de Neiperg, die Dominica post Nativitatem B. V. Mariæ, ætatis suæ anno XXI.

Quoniam die XXX. Novemb. anno MCCCXXXVI. ab Sigismundo Imper. Comites Ciliæ, Principes creati sunt, reclamantibus *Friderico* & *Alberto* Ducibus Austriæ, & Styriæ, & Carinthiæ &c.

Idcirco bellum in Styria & Carniola ortum est cum 1437. Comitibus Ciliæ MCDXXXVII.

Sigismundus Imp. Rex Hungariæ & Bohemiæ, obit die IX. Decembris, qui unicam filiam heredem *Elisabetham Alberto* Austriaco dederat.

Albertus Dux Austriæ, die I. Januarii Rex Hungariæ, 1438. die XX. Maji Rex Romanorum renunciatur: die XXIX. Junii Pragæ Rex Bohemiæ deligitur.

Tabulæ in Archivo aulico Græcensi, Lad. 43. Fasc. 7. N. 76. a PUSCHIO exscriptæ adsunt, quibus *Fridericus* & *Albertus* Duces, primum questi de Ciliæ Comitibus, citra suum consensum in Principes Imperii evectis, deinde enatam inde

discordiam inter Duces & Comites perhibent, ac demum Albertum Regem arbitrum litis ex parte sua constituant. *Datum Viennæ die SS. Philippi & Jacobi Apost. MCDXXXVIII.* Initium Chartæ est hoc, e Germanico Latinum: „ Nos Fri-
 „ dericus & Albertus fratres, DEI gratia Duces Austriæ,
 „ Styriæ, Carinthiæ, & Carniolæ, Comites Tyrolis &c. pro-
 „ fitemur, quod discordia & lites inter Nos, & Fridericum
 „ ac Ulricum Comites de Cili enatæ sint, qui se contra no-
 „ stra, & domus Austriacæ privilegia, intra terras nostræ po-
 „ testatis, Principes Imperii fieri curavere.

1439. Albertus Rex decedit die XXVII. Octobris, gravidam relinquens conjugem Elisabetham. Tyrolensis etiam Fridericus obiit, relicto Sigismundo filio, die XXV. Junii. Ineunte Decembri Austriæ Proceres declarant tutelam nascituræ proliis defuncti Alberti R. ex Elisabetha Vidua, competere *Friderico*, quippe seniori Austriacorum, cui & Albertus pater, si filius nasceretur, eam curam demandarat. *Datum Viennæ in Comitiis Provinc. die Sabbati ante S. Ulrici.* (Rousset. Suppl. T. I. P. II. p. 382.)

1440. Fridericus Dux, eligitur Rex Romanorum, die II. Februarii: deinde XXII. Februarii nascitur ex Elisabetha, Alberti Regis Vidua, *Ladislaus*, *Posthumus* dictus. FUGGER. Lib. V. Cap. I.

Labacum obsidetur frustra ab Cilejano. (Haselbach.
 pag. 859.)

In Vigilia S. Bartholomæi Fridericum Regem inter, & 1443.
Fridericum Comitem Ciliæ armistitium concluditur. *Charta
Tabularii Aulici Græcensis. Ladula 39. Fasc. 5. N. 48.*

Comites Ciliæ, Fridericus, & filius ejus Ulricus, cum Friderico Rege Rom. Domino suo pacem sanciunt, ut post diuturnum bellum ex utraque parte erepta restituantur &c. Datum Neostadii Anno MCD. quadragesimo tertio, die Veneris post Assumptionem B. V. Mariæ. (XVI. Augusti.) Ex Tabulario Aulico Græcensi *Lad. 39. Fasc. 6. N. 56.* Hanc pacem aliis litteris firmat eodem loco & die Rex Fridericus, & Cilejanos Comiter Principes appellat. *Ibidem Lad. 45. Fasc. 8. N. 79.*

Fridericus Rex, die XXIX. Decembris ad S. Vitum an. 1443. MCD. quadragesimo quarto, sed a die Natali Christi inchoato (quod probabiliter monent chartæ duæ sequentes) cavet juribus Archiducatus Carinthia, qui Regi petenti remisit, ne in campo Zoliensi in sede solita inauguretur, sed ad S. Vitum, neve Sacramento, per se ipsum dicendo, se obstringere Ordinibus Carinthia teneretur, idque propter dignationem Regiam. (*Landshandvest Carinthia, pag. 18.*) Alia Charta in Tabulario Austr. Hic nulla jam fit mentio mensæ lapideæ Carnoburgensis, sed tantum Sedis Soliensis, in qua feuda dabantur olim ipsi primum Duci a rustico, dein aliis a Duce. *Vide dicta ad annum MCCLXXXVI.*

Initio anni MCDXLIV. Fridericum Regem in Carinthia etiam moratum fuisse ostendunt documenta bina Data ad

ad S. Vitum, prius quidem Dominica ante tres Reges (seu V. Januarii) quo jura & judicia Provinciæ Carinthiæ confirmat, atque illic Carinthiam Archiducatum iterato appellat; seipsum vero in utroque documento (& in tertio anni præcedentis) tantum Ducem Austriæ, Styriæ, Carinthiæ, & Carniolæ, more majorum, scribendum curat.

Alterum Datum sub aurea bulla, die Martis ante S. Antonii (Eremitæ) eodem anno *ad S. Vitum*, quo Fridericus rata habet statuta & privilegia illa, quæ olim ab Excelso Principe, Duce Ernesto, Archiduce ac Domino prædictarum provinciarum, Carinthiæ Ordinibus collata fuerant, eaque integre suo Diplomati inferit. Ambo documenta extant apud LÜNIG. R. Archiv. Contin. I. Tom. II. pag. 164. & 166. Et in Lands-Handvest Carinthiæ. Alterius autographum, cum aurea bulla, extat in Tabulario Clagenfurtenſi integrum.

1450. Romanum ad iter se accingens Fridericus Rex, Albertum fratrem Villacum cum mille equitibus præmittit: eodem ipse advenit Græcio, atque circa diem Natalem Domini Albertum in Italiam præire jubet. FUGGER. L. V. C. 5. HASELBACHIIUS fuse hæc in Chronico pag. 861. &c.

1452. Die II. Januarii Fridericus, socio Ladislao Posthumo, designato Hungariæ & Bohemiæ Rege, Villaco Romam abit: ibidem die XVIII. Martii Imperator coronatur a Nicolao V. Pontifice, ac Eleonoræ Lusitanæ, Eduardi R. filiæ desponsatur. Roma redux Imperator Neostadium Austriæ venit, ubi
a se-

a seditiosis Austriacis, & moventibus varia Hungarîs, & Bohemis, obsidetur. Ladislaum Posthumum, ob quem hæ turbæ extitere, tandem extradit Fridericus Aug. in manus Udalrici Cilejani, qui Ladislaum Regem Viennam dicit. HASELBACH. in Chron. Austr.

Fridericus Imperator Diplomate *Dato cum aurea bullâ, 1453.*
MCDLIII. Neostadii in festo trium Regum, confirmat omnia
 privilegia domus Austriacæ, tam fabulosa illa *Julii, & Neronis,*
 quam alia ab Henrico IV. & ab Henrico Cæs. olim Leopoldo da-
 ta, item ab Friderico II. & a Rudolfo Rege collata. Item sta-
 tuit cum consensu Principum, & mandat potestate Impera-
 toria: ut *Principes Domus Austriacæ, atque nostri, & eorum be-*
redes, & posteri, qui quovis tempore possederint Principatus Sty-
riæ, Carinthiæ, & Carniolæ, deinceps in perpetuum Archiduces
appellantur, atque ab omnibus successoribus nostris in Imperio, &
ab Electoribus, aliisque Principibus ita appellantur.....

Quando isthic Archiducis titulus iis tantum Austriacis
 tribuitur, qui *Styram, Carinthiam, & Carniolam possederint,*
 affectum suum erga interiorem Austriam declaravit Frideri-
 cus. Alberto Duci, subinde Austriæ possessori, & Sigis-
 mundo Tyrolensi, vi prædicti decreti Cæsarei, *Archiducis*
 titulus non competebat; quare Sigismundus pro eo ho-
 nore supplicavit Cæsari Friderico, & supplicem exaudivit
 Cæsar. *Vide annum MCDLXXVII.* Albertus tamen, Fride-
 rici Aug. frater, quod esset Collega fratris, & simul Dominus

Chronol. P. I.

R

Du-

Ducatum interioris Austriæ, titulo *Archiducis usus est.* Vide
Du Mont. ad an. 1459. pag. 257. Tom. III. P. I.

1457. Ladislaus, Rex Hungariæ & Bohemiæ, Pragæ in flore ætatis decedit die XXIII. Novembris. **HASELBACH. Chron.**
pag. 885.

Possessiones liberas rustici Gregorii Schatter, heredibus confirmat Fridericus Aug. Datum Vælkenmarck. die Mercurii post S. Lucæ MCDLVII. (**MEGISERUS Lib. X. Cap. 8.**
pag. 1150.) (*Vide an. 1414.*)

1458. Mortuo Ladislao Austriaco, Hungariæ & Bohemiæ Rege, reliqui Austriaci Principes, *Fridericus Cæsar*, ejusque frater Dux *Albertus*, & *Sigismundus Tyrolensis*, Friderici senioris filius, eorum patruelis, inter se ita partiti sunt hereditatem Ladislai, ut Fridericus Cæsar Austriam infra Anasum: *Albertus* Austriam supra Anasum nanciscerentur: *Sigismundo* aliqua portio Carinthiæ, Tyroli vicina, assignata fuerit. **HASELBACH. Chron. Austr. HIER. PEZ. Tom. II. pag. 889.**

1459. Albertus, conquestus de iniqua Austriæ divisione, a Friderico fratre pacis amante obtinet Styrensem arcem & Comitatum, qui ita rursum a Styria avulsus, superiori Austriæ mansurus accessit. **HASELBACH. pag. 889. &c.**

Styrensem Comitatum jam olim anno MCCLIV. a Styriæ Ducatu sejunctum fuisse, per pacta pacis inita inter Belam IV. Regem Hungariæ, & Ottokarum Regem Bohemiæ, docte ostendit R. P. SIGISM. CALLES. S. J. *Annal. Austr. T. II. L. VI. p. 384.*

Ma-

Maximilianus Neostadii die XXIII. Martii nascitur. 1462.

Imperator Fridericus cavit Provinciæ Carinthiæ, ipsi non fore oneri, quod sponte plus, quam deberet, ad bellum contulisset. Datum Marchburgi die S. Ulrici MCDLXII. *Lans-*
bandwest Carinth. p. 27.

Viennæ de improviso a rebellibus civibus in aula sua obseßsus fuit Fridericus Aug., quem altero post mense liberarunt Styri præcipue, cum Carinthia & Carniolis, atque Podiebradus Georgius Rex Bohemiæ, cum Victorino filio, qui pacem conciliavere. **HASELBACH.** *Chron. pag. 255.*

Albertus Dux inquietus, die II. Decembris mane Vien-
næ extictus est, sepultus ad S. Stephanum VII. Decembris,
nulla prole relicita ex Mechtilde, Ludovici Palatini Rheni filia. 1463.
*Albertus
obit.*
*Fridericus
sul.*

HASELBACH. *Lib. V. pag. 981.* Sed **VITUS ARENPECK.** in fine Chronicæ Austr. ait: Feria sexta ante Thomæ Apostoli Alber-
tum obiisse. **HASELBACHIUM** præfero, domesticum scripto-
rem & coævum. Fridericus tota Austria potitur.

Immanis Turcarum irruptio in Carnioliam & Carinthiam anno MCDLXXIII. & biennio abhinc etiam in Styriam inferam, ingenti damno eas regiones affecit. **VALVASOR,** & **FUGGER.** 1473.
1475.

Sigismundus Austriacus, Tyrolis Comes, cautionis literas dat Friderico Imperatori, ob indultum sibi titulum *Archiducis*, id præjudicio non fore spondet. Datum die Lunæ Conceptionis B. V. Mariæ MCDLXXVII. Autographum est in Tabulario Aulico Vindobonensi. 1477.

Omitto feuda quædam Carinthiaca a Friderico Cæs. collata, seu *Die OO. SS. Græcii an. MCDLXXXIII.* seu *OEni-*
ponte Feria V. post Festum Dorothæ an. LXXXVIII. quæ do-
 cumenta *Tabulario Aulico Græcensi* illata sunt: Item eodem an-
 no tractatus cum Episcopatu Bambergensi, de ejus prædiis
 in Carinthia &c. prætero.

1486. Maximilianus die XVI. Februarii Francofurti Rex Roman. eligitur.

1493. Fridericus III. Imp. pacificus Lincii vivere desit an.
Fridericus obit. MCDXCIII. die XIX. Augusti, sepultus ad S. Stephanum.
Maximilianus. Succedit Maximilianus unicus Austriadum superstes, cum Si-
 gismundo Tyrolensi, & cum suo filio *Philippo*, nato anno
 MCDLXXVIII. die XXIII. Junii ex Maria Burgundica, Ca-
 roli audacis filia, Burgundiæ & Belgii herede. *CUSPINIANUS*
 in *Friderico & Maximiliano.*

1494. Viennæ die Mercurii post S. Erhardi (die XV. Januarii) Maximilianus Carinthiæ, quam *Archiducatum* nominat, Ordinibus confirmat jura & consuetudines, uti pater ipsius Fridericus stabilierat, & singillatim multa enumerat. In titulo Maximiliani *¶ Archidux Austriae* separatum fuit a continuo alioquin vocabulis *Styriae, Carinthia, Carniolæ*, per titulum interpositum *Ducis Burgundiæ &c.*; nempe titulus hic sequens exstat, e Germanico latine redditus: „*Nos Maximilianus,*
 „*DEI gratia Romanorum Rex semper Augustus, Regnum Hun-*
 „*gariæ, Dalmatiæ, Croatiae &c. Rex, Archidux Austriae, Dux*
 „*Bur-*

,, Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantia, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Limburgi &c. &c. (LÜNIG. R. Archiv. Contin. I. Tomo II. pag. 167. &c.) (Landshandvest Carinth. pag. 28.) Subinde itidem Viennæ, die Sanctorum Fabiani & Sebastiani, (XX. Januarii) rata habet ea, quæ de statutis provincialibus Archiducatus Carinthiæ, Ernestus Dux, Archidux, & Dominus prædictarum provinciarum, & Fridericus Imp. comprobaverant. (LÜNIG. ibidem pag. 269.) & Landshandvest Carinthiæ, pag. 33. ubi adjunguntur aliæ duæ Chartæ, datae Viennæ die Mercurii ante, & die Veneris post S. Antonii: de juribus Carinthiæ tractantes.

Maximilianus adita hereditate Austriæ, Styriæ, Carinthiæ, & Carniolæ, edictus de variis Judæorum sceleribus, decernit, ut iidem ex Principatu Carinthiæ ejificantur, & æternum extores sint, quod ipsum Ordines Principatus Carinthiæ petierant. Datum Werdæ Suevica die Mercurii post Dominicam Oculi, (die X. Martii) Anno MCDXCVI. (LÜNIG. R. Arch. Contin. I. Tomo II. pag. 170.) (Landshandvest Carinth. pag. 38.)

Sigismundus Archidux, Comes Tyrolis, moritur OEniponte die IV. Martii, ætatis LXX. anno, sepultus in Stams. heredem Maximilianum jam antea fecerat.

Philippus, Maximiliani filius, XXI. Octobris dicit Johannam, filiam Ferdinandi Catholici, Aragoniæ Regis, & Isabellæ Castellanæ.

1497. Margarita, Maximiliani filia, nubit Johanni, Ferdinandi Aragonici, & Isabellæ unico filio; sed is Aprili mense nuptias, mox Octobris II. die, vitam clausit. (FUGGER. Lib. VI. C. II.)
1500. Nascitur die XXIV. Februarii Carolus Philippo Archiduci in Hispania. (FUGGER. L. VI. C. III.)
1501. Carinthiaca quædam feuda Maximilianus OEniponte confert: *Sabbato post vincula SS. Petri & Pauli.* (III. Julii) Ita SIGISM. PUSCH. S. J. in MSto ex Tabulario Aulæ Græcenfis.
1502. Die X. Martii Compluti natus est Philippo filius alter Ferdinandus. (FUGGER. L. VI. C. V.)
1506. Maximilianus Cæsar memorat in literis datis ad Vitum Welzer, Prætorem Carinthiæ, velle se, ritu vetere in campo Zoliensi per rusticum feudo dato inaugurari. Literæ binæ sunt, priores datæ: *Kriegler die Palmarum*; posteriores, ubi pér Legatum Cæsar se ea præstiturum memorat, datæ *Lyntz die XXIX. Decembris.* Habentur ambæ, cum tertiis hujus anni, de apocha pecuniaria, in libro *Landshandvest des Erzherzogt. Karndten.* pag. 48. &c.)
1509. Comitia generalia celebrantur singillatim in Austria, Styria, Carinthia, & Carniola, quibus ea capita gravimum discutiuntur, quæ anno sequente Augustæ Vindelicorum Cæsari, ipso annuente, proponenda videbantur. Codex Provincialis Styriæ apud PUSCH.

Libellus gravaminum , cum ab universis Austriæ interioris provinciis Augustæ Vindelicorum Maximiliano oblatus est , tum singillatim a Carinthiæ Ordinibus . Uterque extat in *Landshandvest Carinthiæ a pag. 54. ad 81.* Datique sunt ambo die X. Aprilis MDX. singulis petitionibus Provinciarum subiecta est responsio Principis .

Comitia generalia Austriacarum omnium provinciarum 1515. Neostadii celebrantur Mense Martio , evocatis Ordinibus Muræponto , ubi antea convenerant . (*LANGIUS in bodeporico, Freheri Scriptorum Tomo II. pag. 621. edit. Struvii.*)

Rusticorum Vinidorum turbæ per Styriam & vicina defæviunt : 1515.

Seditiosi anno sequente MDXVI. prope Runam Urbe- 1516. culam, ad Savum fluvium, cæduntur a provinciali milite , Duce Dietrichsteinio. *VALVASOR P. III. p. 417. & 418.*

Maximilianus Senatum Regiminis terrarum Austriacarum 1518. Vienna Muræpontum , commodo interioris Austriæ transferri curat . (*Styriæ Landshandvest*) Idem Clagenfurensem Urbem incendio vastatam , & aulam , donat Ordinibus Carinthiæ , certis paëtis . Datum OEniponti die XXIV. Aprilis) LÜNIG. R. Arch. Contin. I. Tom. II. p. 95. & Originaria Charta in Tabulario Provinciali Carinthiæ extat .

Welsii die XII. Januarii mortem oppetiit Maximilianus 1519. Cæsar , sepultus Neostadii : Nepotes ex Philippo reliquit duos . Maximilianus obit . Comitia Muræponti celebrant provinciæ Austriacæ omnes , (*Carolus & Ferdinandus*) illic

illic unionem inter se, arma defensiva, ac legationem decernunt *Dominica Oculi*, ad simultaneos novos suos Principes *Carolum & Ferdinandum* in Hispaniam mittendam. De unione mutua provinciarum Austriacarum in Comitiis Muræpotanis extat documentum, datum *Dominica Oculi MDXIX.* apud *LÜNIG. R. Arch. pag. 44.*) (*Landshandvest Carinth. pag. 134.*)

Carolus, Rex Hispaniæ, eligitur Imperator Rom. die XXIII. Junii. (VALVASOR P. III. pag. 320.) Freheri Tom. III. de electione Caroli multa.

1520. Viennæ rebelles quidam omnia turbantes, & regimen, a Maximiliano institutum, contemnentes, etiam fideles interioris Austriæ provincias, sed frustra, sollicitant in societatem seditionis, ac tyrannidis. (*Narratio de dissens. provincial. Austriae Hier. Pez. Tom. II. pag. 988. &c. 992.*)

1520. *Carolus Imp. suo, & fratri sui Archiducis Ferdinandi nomine per literas cavit provinciæ Archiducatus Carinthiæ, eorundem juribus & privilegiis fraudi non fore, quod Principes, per alios, non per se, Sacramentum solitum dixerint: spondentque se staturos iis, quæ Legati ipsorum jurassent. Datum Aquisgrani die XXV. Octobris MDXX. . .) (LÜNIG. R. Arch. Parte spec. Cont. I. Tom. II. pag. 174.) Die eadem, Carolus confirmat jura & consuetudines Carinthiæ, approbatas ab Ernesto Archiduce. Datum Aquisgrani &c. (LÜNIG. ibidem pag. 175. &c.) Hæc, & alia plura diplomata, hisce*

annis edita, de homagio Carinthiæ, Legatis duorum Principum præstito, deque aliis negotiis videri possunt in *Landsbandvest Carinthiæ a pag. 148. ad 169.* Legati omnia, quæ decerent, quæque e consuetudine domus Austriacæ essent, se facturos promiserent.

Ferdinando fratri suo Carolus Imp. cessit omnes terras Austriacas in Germania, idque significat Ordinibus Principatus Carinthiæ diplomate, dato Wormatiæ die XXIX Aprilis MDXXI. (LÜNIG. R. Arch. P. spec. Cont. I. Tom. II. pag. 176.) (*Landshandvest Carinth. pag. 169.*)

1521.

Ferdinandus solus.

Ipsem et Ferdinandus Archidux Lincium advenit XXVI. Maji, nuptias celebraturus cum Anna, Uladislai II. Regis Hungariæ filia. (*Narratio de diffens. provincial. Austriæ Hier. Pez. Tom. II. pag. 987.*) Lincio Græcium profectus est.

Ordinibus Provinciæ Carinthiæ, Ferdinandus hoc titulo usus : *Nos Ferdinandus, Princeps Hispaniarum, Archidux Austriae, Dux Burgundiae, Styriae, Carinthiae, Carnioliae &c.* concedit potestatem, sed ad suam voluntatem revocabilem, cu-dendi omnis speciei monetas aureas & argenteas, ea ponderis ratione, & probitate metalli, quam Maximilianus Imp. Viennæ olim constituisset. Porro Monetæ forma præscribitur, ut una ex parte scutum Archiducis, ex altera scutum Carinthiæ effigietur ; inscriptio sit sequens : FERDINANDVS. DEI. GRATIA. PRINCEPS. HISPANIARVM. ARCHIDVX. AVSTRIÆ. ET. CARINTHIAE..... Datum Græci

XII. Julii MDXXI.) (LÜNIG. R. Archiv. P. speciali Contin. I. Tom. II. pag. 177. 178.) (*Landshandvest Carinthiae* pag. 173.) In hoc diplomate, Vernacula scripto, nulla mentio fit datæ antea a Duce quodam decessore similis potestatis cùdendæ monetæ; attamen quoniam jam sub Maximiliano I. pecuniaæ in Carinthia signatæ comparuerant, eæque titulo *Archiducatus Carinthiae* ornatæ; credibile est, saltem a Maximiliani indulgentia monetam Carinthiæ fuisse impetratam. De Monetis Carinthiacis Cap. VIII. plura, ubi dicemus, Frisaci dum antea monetam fuisse procusam.) Hoc anno MDXXI. Styriæ superæ pars, haçtenus Carinthiæ portio, Styriæ contributa fuit, teste *Historia MSta Cœnobii S. Lamberti, Ordinis S. Benedicti.*

1530. Carolus Cæsar pro se, & fratre suo Rege & Archiduce Ferdinando; rursum confirmat omnia privilegia ab Ernesto Archiduce, & a Friderico III. Imperatore collata *Archiducatu*
Carinthiae. Datum (sub aurea bulla Imperiali) Augustæ die XXVIII. Julii MDXXX.) (*Landshandvest Carinth.* p. 178.)

Ferdinandus MDXXVII. Rex Bohemiæ, & Hungariæ : MDXXXI. V. Januarii Rex Rom. factus est.

1551. Ferdinandus, Rex Romanorum, fatetur, anteriores quidem *Duces Principatus Carinthiae*, feuda in sede illa saxeæ distribuisse, atque *Ordinibus Sacramentum* dixisse: se autem ob dignitatem regiam, ab jurejurando, & sessione illa ab *Ordinibus* exemptum fuisse, quod ipsis fraudi non fore spondet. Datum Augustæ, XIV. Januarii MDLI. (*Landshandvest Carinth.* p. 238.)

Ca-

Carolus Imp. & Ferdinandus Rex, OEniponte fugiunt 1552.
 arma Mauritii Saxonis , ac Villaci Carolum Orator Venetus
 muneribus donat. (M^EG^IS^ER^US Lib XI. Cap. 35.)

Varia subinde concordata Ferdinandi Regis Rom. ac 1535...
 deinde Imp. cum Matthæo Archiepiscopo Salisburgensi , & 1558.
 cum Georgio Episc. Bambergensi , qui ambo partem Carin-
 thiæ possident, integraque alia exhibentur, ab an. MDXXXV.
 ad MDLVIII. pertinentia, in libro: *Landsbandvest Carinthiæ a*
pag. 188. ad 251.

Maximilianus , Ferdinandi I. filius , Rex Rom. eligi- 1562.
 tur XXIV. Novembris.

Ferdinandus I. Imp. filio suo Carolo (cui provincias 1564.
 interioris Austriae pro hereditatis portione destinavit) comi-
 tiis coactis, Carinthiæ Proceres, Ordinesque obedientiæ fa-
 cramentum dicere jubet, posteaquam Carolus Archidux, mo-
 derato jam vetere institutionis ducalis ritu, in campo Solien-
 si, iisdem salva se eorum jura, ac privilegia habiturum, ri-
 tusque veteris omissionem aliquam præscriptioni non fore,
 spopondit. Cetera Clagenfurti die XVII. & XVIII. Aprilis
 an. MDLXIV. peracta sunt. Documenta ipsa extant in
Landsbandvest Carinthiæ, a pag. 253. ad 256. cum formula
 jurisjurandi & Principis , & Ordinum. Carolum Archidu-
 cem pro more in saxe a sede illa , campi Soliensis , feuda
 hoc Anno distribuisse , accepto fidei Sacramento , etiam
 docet M^UStum Clagenfurtensem , quod habemus. Prolixo de

his MEGISERI *Annales Carinth. Lib. XII. Cap. I. pag. 1508. &c.*

1564. *Ferdinandus I. Cæsar* decepsit Viennæ die XXV. Julii, reliquit ex Anna Hungara filios *Maximilianum*, cui Austria, & imperium cessit: *Ferdinandum Tyroli &c.* potum, & *Carolum*, cui Styria, Carinthia, Carniola, Istria, Goritia &c. obtigere.

1564. Hoc anno pestem Clagenfurti grassatam esse, & oppressa a Lutheranis religione Catholica, supplicationem Theophoricam ea in Urbe intermissam fuisse, adnotavit *MStum Clagenfurtense*, e quo & illud constat: Præconem Lutheranorum Martinum Knöhr Clagenfurti anno præcedente MDLXIII. Missam Germanico Idiomate dicendam instituisse. Attamen dudum antea a Pseudo-Evangelicis Carinthiæ Nobiles, aliquie complures in transversum acti fuerant, posteaquam jam anno MDXXVI. Michaël Stifelius, Arithmeticæ gnarus, sed fanaticus, dogmata Lutherana Austriacis in terris anni unius, & si quid excurreret, spatio sustinuisset, inde, uti aliis ex locis, expulsus.

1571. Carolus Viennæ nuptias celebrat cum Maria, filia Alberti Bavariæ Ducis, & Annæ Austricæ, sororis Caroli, die prima Septembris. Sponsa Græcium deinde abducitur: *Historia Ducum Styriæ pag. 12. Partis III.*

Dubito, an ad hunc annum referenda sit Charta Caroli, vel ad sequentem, qua Viennæ die XXIV. Aprilis confirmavit

pri-

privilegia Archiducatus Carinthiæ, annus enim in libro *Landsbandvest* vitiouse adscriptus est: *im Funfzehenhundert und zwanzigsten Jahre.*

Ferdinandus filius nascitur XV. Julii, sed eodem mense Julio obit, sepultus Seccovii. III. Augusti. *MStum Leo-*
biense apud Pusch. 1572.
Carolus.

Muræponti in Styria trium interioris Austriæ Ducatum Comitia celebrantur: *VALVASOR Carniol. P. III. p. 498.* Sæpius a temporibus Maximiliani I. Muræponti, ob situs commoditatem, Styriæ, Carinthiæ, & Carniolæ Ordines boni communis causa convenere. 1575.

Carolus, cum Conjuge Maria, & cum duobus PP. 1576.
Soc. JESU, Georgio Scherer a Concionibus, & Joanne Nicolao a Confessionibus, in Carinthiam X. Februarii proficiuntur, unde redivit Græcium XVI. Maji. *Annales Collegii Græcenfis S. J. MSti apud Pusch.*

Carolo nascitur Ferdinandus II. Græcii die IX. Julii. 1578.
Hoc rursum anno Styriæ, Carinthiæ, & Carniolæ Ordines Comitia Muræponti celebrant, extorta a Principe, aliter subsidia contra Turcas majora non obtenturo, religionis Lutheranæ pro quibusdam Urbibus libertate, (salva omni reverentia Catholicæ Religionis) nempe pro Græcio, Judenburgo, Clagenfurto & Labaco. *KHEVENHÜLLER Annal.* *Ferdin. T. I. p. 2. & pag. 6.) & JACOBUS STEINZENS.*

1579. Carolostadium in Croatia Urbs munitur , Caroli cuius , contribuentibus provinciis , Styria CC. mill. Carinthia C. mill. Carniola L. mill. Rhenensium. KHEVENHÜLLER Annal. Ferdin.
1585. Non sacris modo , pro more , Præfulibus , sed jam etiam laicis nobilibus Provinciæ Carinthiæ Carolus Archidux indulget , uti eximantur ab obligatione jurisjurandi (*Corporalis* , ut vocant) præstandi , dum testes agunt ; nisi contra invicem testes agendo implicentur. Datum Græciæ XXI. Februarii 1585.) (Landshandvest Carinthiæ pag. 262.)
1590. Provinciarum suarum Styriæ , Carinthiæ & Carnioliae , inita pacta de mutuis ad exequendas dicti juris sententias auxiliis , rata habet Carolus Græciæ die X. Aprilis 1590.) (Landshandvest Carinthiæ pag. 264. &c.)
- Laborum & curarum , pro Religione susceptorum , præmia recepturus Carolus , ex hac vita ad meliorem transiit , Græciæ die X. Julii , sepultus Seccovii , viscera tamen Græciæ in æde S. Ægydii S. J. condita fuere. Annales MSti Coll. Græc. S. J.
- Ferdinandus II. Successit in omnes Ducatus patris Caroli , filiorum superstituni natu maximus Ferdinandus II. decimo vix dum ætatis anno expleto , atque adeo sub tutela patrui Rudolfi II.
1591. Cæsaris constitutus. Cæsar rerum initiis probe ordinatis tutelæ exercitium paullo post Ernesto Archiduci , fratri suo
1593. commisit ; eo quoque ad moderandum Belgium , post bienium ,

nium, evocato fratrum alteri Maximiliano Archiduci Ferdinandi, & provinciarum ejus cura est demandata. *Historia Ducum Styriæ, Parte III. pag. 15. & Chron. MStum Puschianum.*

Rudolfus II. Imperator, cum aurea bulla dato diplomate, confirmat statuta provincialia, & immunitates *Archiducatus Carinthiæ*. *Datum in nostra arce regia Pragæ XXI. Februarii anno post Nativitatem Christi Domini & Salvatoris nostri Millesimo quingentesimo nonagesimo quinto, regnorum nostrorum, Romani XX. Hungarici XXIII. & Bohemici XX. (Carinthiæ Landshandvest pag. 268.)* 1595.

Rudolfus II. Cæsar, hactenus præcipuus tutor & cùrator Ferdinandi, qui XVIII. ætatis annum jam explevit, edicit Ordinibus Carinthiæ Comitia in annum sequentem, Clagenfurti XX. Januarii inchoanda, qua die jubet præstandum Ferdinando hereditario Domino fidei Sacramentum. *Datum in nostra arce regia Pragensi, die VI. Novembris an. &c. nonagesimo sexto. . . .) Landshandvest Carinthiæ pag. 272.* 1596.

Aliis literis, eodem die & loco datis ad Carinthiæ proceres in prædicto negotio, legatis suis, in Carinthiam missis, fidem & auctoritatem deberi profitetur. *Ibidem pag. 275.*

Maximilianus Archidux, hactenus re ipsa tutor Ferdinandi, abdicat se vicario tutoris jure in gubernandis Ferdinandi Archiducis provinciis. *Datum Viennæ XXVII. Novembris an. XCVI.) Landshandvest Carinthiæ pag. 279.*

1597. Ferdinandus II. inauguratur, sed sine interveniente rustico, in campo Solensi Archidux Carinthiæ, juratque in verba prælecta a Burggradio Carinthiæ, Bartholomæo Barone de Khevenhüller die XXVIII. Januarii MDXCVII. Hæc ita Germanice referuntur in *Landshandvest Carinthiæ* pag. 282. & 283. Verba Burggravii: „ Serenissime Princeps, & Domine, Domine Ferdinande, Archidux Austræ & Carinthiæ &c. „ Domine gratosissime, Serenitas vestra honoratæ suæ proximæ Archiducatus Carinthiæ votet & jurat, prædictam „ provinciam in omnibus gratiis, & immunitatibus, secundum statuta, & jura provincialia, veterem observantiam, bonas consuetudines, uti ab antiquo juste obtinuit, „ se conservaturam & tuituram.

Deinde sua Serenitas assurgens e sede, & caput apertius, erectisque digitis, sequentia verba, præeunte Burggradio, pronunciavit:

„ Ita, uti nunc prælectum nobis est, juramus Sacramento nostro, communi provinciæ præfati nostri Archiducatus Carinthiæ, constanter, firmiter, & inviolabiliter „ Nos observaturos, gratoe & absque periculo, ita Nos „ DEus adjuvet, & omnes Sancti.

Sequitur Provinciæ Carinthiæ nomine præstitum iurandum his verbis:

„ Nos communis Provincia Archiducatus Carinthiæ, „ votemus & juramus Vobis, Serenissimo Principi & Domino,

„ no,

„ no , Domino Ferdinando , Archiduci Austriæ & Carinthiæ,
 „ tanquam Domino nostro gratosissimo , & novo hereditario
 „ Principi , Serenitatis Vestræ bonum nos promoturos ,
 „ & Serenitatis Vestræ damnoſa , ac noxia nos aversu-
 „ ros , nosque fideles & obedientes fore , uti hoc ab anti-
 „ quo jure obtinuit : fideliter & ſine periculo : ita nos DEus
 „ adjuvet , & ſanctum Evangelium.

Cautionis literas, ob omissas Ceremonias veteres, dedit
 Ferdinandus Clagenfurti XXVIII. Januarii. *Ibidem pag. 288.)*
(MEGISERUS fufe pag. 1677. &c.)

Redux Græcum Ferdinandus, Ordinibus *Archiducatus*
Carinthiæ supplicantibus confirmat omnia eisdem collata hacte-
 nus privilegia , jura , gratias , consuetudines , ob eorum fi-
 delitatem , & majora solita ad bellum Turcicum præftita sub-
 fidia. *Datum in Urbe nostra Græcio , die prima Mensis Maji ,*
Anno Nativ. Christi Salvatoris Nostri amantissimi Millesimo , quin-
gentesimo , nonagesimo septimo.

Rustico etiam Clementi Herzog sua vetera privilegia
 Ferdinandus Græci instaurat. *Datum die VII. Junii. Chartam*
integrām refert (MEGISERUS Annal. Lib. XII. Cap. 28. p. 1690.)

Ad reformatum Religionis in Carinthia statum , hoc
 anno MDC. Mense Novembri missus a Ferdinando Martinus
 Episcopus Seccoviensis, Clagenfurtum etiam advenit , postea-
 quam Styriæ reformatæ egregiam navasset operam , cui
 strenue collaborabat Georgius Stobæus , Lavantinus Episco-

Chronol. P. I.

T

pus,

pus, Vir in reducenda ad bonam frugem Carinthia infatigabilis. Hæc pluribus descripta legi possunt apud M. HANSIUM S. J. *Germ. S. Tomo II. pag. 732. &c.*

1606. Cavet tabulis publicis Ferdinandus Imp. Ordinib⁹ Carinthiæ præscriptioni non fore, quod ipsi jam quartum in annum egregia subsidia peculiaria Principi in bonum publicum contulerint. *Datum Græcii XXVIII. Maji MDCVI. (Landshandvest Carinthiæ pag. 292. & 293.)*
1609. Græcii natus est Ferdinando II. Ferdinandus III. die XIII. Julii.
1619. Ferdinandus II. Rom. Imp. electus die XXVIII. Augusti, dein coronatus.
1622. Ferdinandus II. sponsalia secunda celebrat Mantuæ, die XVII. Jan. cum Eleonora Mantuana, posteaquam prima Coniux Ferdinandi II. Maria Anna pie decessisset an. MDCXVI. die VIII. Martii. (*Annuæ Græcenses Literæ.*)
1625. Rex Hungariæ agnitus fuit an. MDCXXV. Ferdinandus III, volente patre Ferdinando II, Bohemiæ Rex idem an. MDCXXVII. renunciatus est.
1631. Anno MDCXXXI. die XX. Maji Ferdinandus III, a Carinthiis agnitus Archidux in casum mortis patris Ferdinandi II, cavet juri & consuetudini Carinthiorum. *Vide annum 1637.*
1633. Pridie Nativitatis B. V. Mariæ natus est Ferdinando III. filius Ferdinandus IV. *Diar. Græc. MSt.*

Ferdinandus III. Rex Rom. eligitur die XXII. Decembris Ratisbonæ. *Historia Ducum Styriæ.*) (Khevenhüller.) 1636.

Ferdinandus II. Viennæ XV. Februarii sancta morte defungitur: Græcii sepultus in Mausoleo suo: cor in Ecclesia Parthenonis S. Claræ eadem in Urbe depositum fuit. Succedit patri Ferdinandus III. (KHEVENHÜLLERI *Annales*) (*Diarium Græc. MSt.*) (*Historia Ducum Styriæ*, &c. alii.) 1637.

Pleno jure Carinthiæ Archiducatum adiit Ferdinandus III, cui, vivo adhucdum, & volente patre Ferdinando II, Carinthiæ Ordines fidem obstrinxerant. Ea de re extat diploma Ferdinandi III, germanico idiomate conscriptum, quo „Ferdinandus DEI gratia electus Rex Hungariae & Bohemiae, Archidux Austriae, & Carinthiae, Dux Burgundiæ, Styriae, Carnioliae, & Würtenbergi, Comes Tyrolis & Goritiæ &c. fatetur se, volente Patre Ferdinando II, in casum mortis ejusdem, a Carinthiæ Ordinibus, per Principem Johannem Ulricum de Eggenberg, fidei jusjurandum accepisse, ac dedisse: porro cavet Ordinibus, ne præjudicio, aut fraudi sit, regiæ personæ suæ indulsum fuisse, ne coram adesset, neve prisci ritus observarentur. Privilegia & jura confirmat. Datum Viennæ die XX. Maii anno Nat. Christi millesimo sexcentesimo tricesimo primo.) En totum:

Wir Ferdinand der Dritte, von Gottes Genaden, erwöhlter König zu Hungarn und Behaimb, Erzherzog zu Österreich und Kärnten, Herzog zu Burgundi, Steyer, Crain, und

Württenberg, Grave zu Tyrol, und Görze, Bekennen öffentlich mit disem Brief, und thuen kundt allermeniglich, Als Unns die Röm. Kay. Majest. ic. ic. unser Genedigster geliebster Herr Vater, Ihrer Vätterlich genedigsten Disposition nach, nemlich auf Deroselben begebendten khünftigen Todtsfahl, welchen Gott der Allmächtige aber, genedigst lang verhüeten wölle, Unsere Erb-Fürstenthumben unnd Lannde, eingeben lassen. Und wir darauf einer ersamen Landschafft, berüertes Unsers Erzherzogthums zu Khärenten an heut dato im Solfeldt, den gewöhnlichen Ahd, durch den Hochgeborenen Fürsten Unnsern Dhaim und lieben ge-threuen Johann Ulrichen Herzogen zu Cromau, und Fürsten zu Eggenperg, Grauen zu Aolsperg, Herrn zu Pettau, Ehren hausen unnd Straß, Obristen Erbmahrshalech in Oesterreich, undter - unnd ob der Eans, Obr-Erb-Camrern in Steyer, Obr-Erb-schenk in Crain und der Windischen March, Rittern des gulden Flusß, Ihrer Röm. Kays. Majest. ic. ic. Gehaimben Rath, Voll-mächtigen Statthaltern dero J. S. Erbfürstenthumben unnd Lannden, unnd Camrern gethan, und herwiderumb von Ihr die Erbhuldigung an- und aufgenommen, und Unns dann ain Ers. Landschaft, unnsrer selbst Khönig- und Erzherzoglichen Persohn mit erscheinung, unnd der übrigen Cæremoniens halben, so undter solcher Erbhuldigung etwo gehalten, umb ain Schadloß Brief undtertheniglichen angelangt: Daß wir demnach in folch einer Ersamen Lanndschl. undterhenig Anlangen unnd Begehren mit Gnaden bewilligt haben, thuen daß auch hiemit wissentlich, in

Craft

Craft dis Briefs, also, daß es Ihnen, Ihren Erben, unnd Nachkommen, an Ihren Freyheiten, Privilegien, unnd alten Herkhammen, bey uns unnd Unseren Nachkommen, ehn allen schaden, Nachtail, unnd gänzlich unabbrüchig sein: auch solche gehors. erlassung unsers thails zu kainer Consequenz gezogen werden solle.

Genediglich und ungewärlich: Mit Urkhundt dits Briefs, besigelt mit unsfern Khöniglichen anhangenden Innsigl, der geben ist zu Wien den zwanzigsten May, nach Christi unsers lieben Herrn und Seeligmachers Geburth, im Sechzehn Hun-
dert ain und dreysigsten Jahr.

Communicatum apographum ex Tabulario Clagenfurteni,
ab Illustriſſimo Domino Barone Ernesto Antonio de Schneeweis.

Ipse subinde Ferdinandus III. consensu Ordinum Carinthiæ obtinuit, ut filius ipsius Ferdinandus IV, futurus patris Augusti heres, anno MDCLI. Carinthiæ Archidux prævie, sed per Legatos inaugurate; Legati, more vetere, in campo Soliensi nomine Ferdinandi IV. Regis Hungariæ & Bohei-
miæ Sacramento Ordinibus promisere, quæ Principes solent. Legatione ista functi sunt Maximilianus Princeps Dietrichsteinius, & Comes Sigismundus Ludovicus, ex eadem splen-
didissima Stirpe.

Ferdinandus IV, Ferdinandi III. filius, hoc anno die 1653.
ultima Maji Rex Romanorum electus, ac Ratisbonæ ad d.
XIV. Kalend. Julias inauguratus fuit, cum jam antea an-

no MDCXLVI. Bohemiæ, & MDCXLVII. Hungariæ coronas recepisset.

1654. Verum idem altero mox anno Viennæ morbillis extintus est VII. Idus Julii. *Historia Ducum Styriæ Parte III. p. 52.*

1657. Postremus Ferdinando III. Augusto fuit hic annus MDCLVII. diesque IV. Nonas Apriles, quo Viennæ decessit. Reliquit e prima Conjuge Maria Anna, Philippi III. Regis Hispaniæ filia, Leopoldum successorem in regnis, terrisque Austriacis, ac paullo post in Imperio, cuius caput constitutus fuit anno MDCLVIII. die XVIII. Julii: Corona Romano-Germanica redimitus die XXI. ejusdem Mensis.

1660. Interioris Austriae provincias MDCLX. præsentia sua honorare voluit Leopoldus Imperator, lustrataque ante Styria, Carinthiam adiit, & Clagenfurtum, die XXVIII. Augusti, magnifica Pompa ab Ordinibus stipatus, introivit. Accepit ab Ordinibus Cæsar Archiducalis provinciæ fidei Sacramentum, & constabilivit eorundem jura vetera, & privilegia, qui a Cæsare jusjurandum *personale* non exegere; Verum posteaquam Sinzendorfius Cancellarius Cæsaris nomine ad Ordines Carinthiæ sermonem habuit, Leopoldus in hæc fere verba præsentes aperto capite est allocutus: Magnopere placere sibi, quod Archiducatus Carinthiæ Ordines, ob Majestatem Cæsaream, solitum jusjurandum non flagitassent, atque sine vetere ritu solemnitatem hanc transigendam voluissent: eam ob rem polliceri se fide Cæsarea, &

Do-

Domini terræ, conservaturum se omnia jura, favores, consuetudines, quæ olim juste introducta, & concessa fuerant: eaque omnia ab se constabilita velle. Denique etiam Rusticus, HERZOG dictus, veteris inaugurationis instrumentum, in aula mensæ singulari adhibitus, & cum filio suo, duobusque cognatis opipare habitus, peculioque aspersus fuit, confirmata ejusdem avita libertate.

Clagenfurto Cæsar in Carnioliam processit, Labaci die VIII. Septembris splendidissimo apparatu exceptus; die XIII. data & accepta fides: discessum est die XV. Subinde Goritiam ingressus Leopoldus, die XVIII. Septembris, Goritiæ Ordines in fidem, dicto jurejurando, accepit. *Theatrum Europæum. Parte IX. pag. 28. Item Actus Homagii Ordinum Archiducatus Carinthiæ 1660. Seorsim editus.*

Josephus, Leopoldi filius natu major, Rex Hungariæ 1687. coronatur die IX. Decembris.

Idem Josephus Romanorum Rex renunciatur XXIV. Januarii, mox coronatur XXVI. Januarii. MDCXC.

Die V. Maji MDCCV. Leopoldus Magnus ad meliorem 1705. vitam Viennæ abiit, relictis ex Eleonora Palatina duobus filiis, Josepho & Carolo. Josephus in Germanicarum ditionum, Imperii, & Hungariæ regimen patri succedit: Carolus Hispaniarum regnum sibi armis asserebat ab anno MDCCIII. quo Rex Hispaniarum a Leopoldo declaratus est, qui filio de suo jure decesserat.

1711. Josephus in medio victoriarum cursu morbillis extinguitur Viennæ die XVII. Aprilis. Filias duas, filium nullum reliquit. Successit in regna & provincias Domus Austriacæ Carolus, Hispaniarum Rex, Josephi frater.
1712. Carolus Regni Hungariae Corona redimitur XXIII. Maji. Roman. Imperator electus est XII. Octobris: Coronatus XXII. Decembris.
1713. Sanctionem Pragmaticam, de successionis ordine in Austriaca regna, & provincias omnes, deque regimine omni ad filias Caroli VI, ac præprimis ad natu majorem, si filius non adesset, deferendo, ipse Carolus Aug. non dum ulla prole beatus, primum Viennæ, privatim aulæ Proceribus, & qui ab arcanis consiliis erant, an. MDCCXIII. XIX. Aprilis proposuit: ea dein diplomate publico an. MDCCXXIV. die VI. Decembris prodiit. Approbata fuit ab omnibus regnorum & provinciarum Austriacarum, & a pluribus Imperii Germanici Ordinibus, pluribusque Principibus exteris. (*Vita Mariae Therese & res gestæ, Germ. scripta, edita 1743. pag. 51. &c.*) (*Lexicon. Histor. Iselini, in voce Pragmatica Sanctio: &c. alii.*)
1728. Hoc anno illustri itinere suscepto, Carolus Aug. interioris Austriæ provincias, portusque marinos lustravit, accepto ubique fidelitatis solemní Sacramento. Die XXIII. Junii Græcium, Styriæ Metropolin, splendidissima pompa est ingressus, ac die VI. Julii fidei juramento se obstrinxere Ordines, & Princeps Ordinibus.

Die

Die vicesima Augusti Imperator Clagenfurtum introiit, atque XXII. ejus Mensis ingenti cum splendore, ea ratione, qua sub Leopoldo I, solemnia datae acceptaeque fidei peracta sunt. Rusticus is, *Herzog* nomine, qui, vetere more, Ducem Carinthiæ mirabili, notoque ritu inaugurandi jus, seu consuetudinem, familiæ suæ annexam gloriabatur, spectator ac testis ad pompam hanc admissus est, confirmatisque ejusdem privilegiis, ipse cum omni familia sua lauto epulo in palatii concavi aliquo refectus, atque munere quodam honoratus fuit. Progressus Cæsar, receptæ fidei solemnia Labaci XXIX. Augusti : Goritiæ V. Septembris, Tergesti XI. ejusdem mensis, ac denique Flumine S. Viti die XVII. Septembris peragit. (*Historischer Bilder-Saal IX. Theil. Per. I. Cap. I. pag. 108. &c.*)

Illud, ex *Manuscriptis* horum *solemnium actis*, non prætereundum putavi : Clementissimum Cæsarem in allocutione, ab semet facta, ad inclytos Ordines Carinthiæ, non modo gratias habuisse Ordinibus, quod Sacramentum, ab se dicendum, non exegerint, rituque vetere, inaugurationis rusticum, se se exemerint : verum etiam sacro Principis verbo recepisse, confirmaturum se scripto privilegia Carinthorum, & cautionis etiam literas, ob omissas veteres Ceremonias, iisdem daturum. Hac in oratione ipse Carolus Augustus *Archiducatus* titulum *Carinthiæ* attribuit, atque in omnibus rescriptis, mandatisque, ipsisque literis confirmata.

tionis privilegiorum ab Aula Cæsarea in Carinthiam missis, semper tam exteriore in epigraphe, quam ipsis in literis, *Archiducatus Carinthiæ* titulus adscriptus fuit. Denique Carinthiæ illustrissimi Ordines Carolo Augusto, & quod Imperatoris Celsissima Dignatione emineret, & quod coram ipse adesset, Sacramentum ab semet dicendum, & antiquos ritus, ut dixi, remisere, integro tamen vetere jure perstituro, si Legatos duntaxat, seu Commissarios Princeps mitteret, per quos solemnia peragerentur, uti annis MDCXXXI. & MDCLI. peracta fuerant.

1740.

Carolum VI. Augustum dies XX. Octobris, Viennæ in palatio suburbano (*Favoritta* dicto) mors Austriae per acerba sustulit. Communem luctum temperavit filia Caroli natu major MARIA THERESIA, ex Elisabetha Brunsvico-Guelferbitana nata MDCCXVII. die XIII. Maji, nupta FRANCISCO Lotharingiæ, & Hetruriæ Magno Duci iam anno MDCCXXXVI. Februarii die XII. Eadem illico post beatum Caroli Parentis obitum terrarum omnium Austriacarum regimen, titulosque suscepit.

Maria Theresia, Hungariæ, & Bohemiæ Regina, Archidux Austriae, Dux Burgundiæ &c. Styriæ, Carinthiæ, Carnioliae &c. Literis solemnibus, die XXI. Novembris anni MDCCXL. publicatis, renunciat Franciscum Regium Conjugem suum *Conregentem* in omnibus Regnis & Provinciis Austriacis, salva tamen omnibus in rebus *Sanctione Pragmatica*.

At-

Atque ipse Serenissimus, Regiusque Dux Franciscus literas cautionis dedit, nihil se unquam acturum, quod *Sanctioni Pragmaticæ* quoquo modo adversaretur.

Die XIII. Martii natus est Josephus, Princeps & Archidux hereditarius Hungariæ, Bohemiæ, omniumque Austriae Domus Provinciarum. 1741.

Serenissimus, Regiusque Magnus Dux, & Congens Austriae Franciscus, Imperator Augustus Francofurti renunciatur, electus die XIII. Septembris MDCCXLV. Coronationi interfuit die IV. Octobris, Coniux Maria Theresa Augusta, sed Coronam Imperii Romano-Germanici ipsa non recepit, quippe regnum Hungariæ & Bohemiæ Coronis, cum suprema potestate, jam antea condicorata.

Labente anno Millesimo, septingentesimo, quadragesimo septimo, Auctoritate Mariæ Theresiæ Augustæ susceppta est quædam instauratio Regiminis politici in Archiducatu Carinthia, uti & in aliis hereditariis Ducatibus idem negotium executioni dabatur. Porro uti nihil repente perfectum fieri solet, ita consequentibus annis, nonnullas variationes instituta regendi methodus subire debuit, ad annum usque MDCCXLIX, quo conquievit. Ea res intelligi sat vix poterit, nisi antiquus rerum hujus Provinciae politicus status antea paucis saltem exponatur. 1747.

Olim itaque Carinthiæ , militaris perinde ac politi-
cæ rei pro Duce curandis negotiis præerat *Capitaneus* , seu
Landes - Haubtmann , qui absentis Ducis veluti vices etiam
sustinebat : Tribunali proprio , & Judiciis provincialibus
idem præerat , primumque , e laicis , in Comitiis Provin-
ciæ , atque in *Delectorum Collegio* (*Aus-Schul's*) suffragium
ferebat.

Vicarius Capitanei vocabatur *Administrator Provinciae*
(*Landes - Verweser*) qui Tribunali , jure Provincialibus di-
cundo , præsidebat , nisi cum Capitaneus ipse id mu-
neris coram in se fusciperet. Magistratum hunc designa-
bat Provincia , sed Princeps instituebat.

Proximus huic *Vice-Dominus* , possessiones proprias ,
seu rationes , & ærarium Principis curabat , iisque jus di-
cebat in causis politicis , qui Principis *ad Cameram* , uti vo-
cant , spectabant.

Capitaneo ante duo fere Sæcula adjunctus est alter
Ordinum Provinciæ Præses , titulo *Burggravii* , qui deinceps
& Comitiis totius Provinciæ , & Collegio Procerum *Dele-
ctorum* , itemque *Delegatorum* (*Verordneten*) corpori præci-
puo præsidebat. Idem præsidium contendebat sibi compete-
re in Comitiis provincialibus *Provinciae Mareschallus* ; at non
concessus est ei honor iste , nisi cum de limitaneæ militiæ
stipendiis ageretur.

Burggravius eligebatur liberis Provincialium suffragiis, primum ad dies vitæ: dein jussu Caroli VI. Augusti, ad annos VI. sed ita, ut prorogari tempus posset.

Ad Capitanei dignationem designabantur in Provinciæ Comitiis ex Provinciæ nobilibus indigenis aliquot, quorum unum Princeps ad id muneric deligebat. *Quæstor Provinciæ Generalis*, qui in *Delectorum Senatum* reciperentur, sola Provincialium auctoritate nominabantur. Denique cum *Vice-Dominus*, tum *Fodinarum Principis Summus Praefectus* (*Obrist-Bergmeister*) ab Archiduce, cuius rationes curabant, constituebantur. Postremo Provinciæ Carinthiæ Dicasteria subordinata erant Excelso Regimini interioris Austriæ, & Consilio intimo, quæ Græcii constituta fuerant, nempe in Causis politicis: in negotiis Cameralibus vero Cameræ, in bellicis rebus Consilio bellico Græcensi parebant.

Jam vero sub anni MDCCXLVII. dimidium Clagenfurti Carinthiæ Senatus novus a Principe auctoratus fuit, nomine *Excelse Repræsentationis*, quæ rebus Cameræ, Commerciorum, & Politicis prospiceret, neque ab ullo interioris Austriæ Dicasterio, sed a sola Cancellaria Aulica Vindobonensi mandata acciperet. Aliud quoque Tribunal, *Appellationis Camera dictum*, institutum fuit, Græcensi Regimini nihil obnoxium, ad quam Cameram recursus fieret, seu *appellatio*, in causis justitiæ. Attamen causæ eo delatæ, promoveri poterant ad consilium Intimum Græcenſe, ut illic reviderentur.

Quædam etiam in duobus Tribunalibus, nempe *Judicis Provincialis*, & *Capitanei*, restricta sunt ita, ut ambo *Camere Appellationis* subordinarentur; quin & ea duo Tribunalia unita sunt, atque abrogatis *Capitanei* & *Vice-Capitanei* muneribus, uniti hujus Tribunalis Provincialis *Præses* unus (*Præsident*) inauguratus fuit. *Burggravii* quoque abrogato munere, ejus loco, *Delegatorum* qui senior esset, res Provinciæ moderatur, titulo: *Burggravialis muneric administri*; seu *Burggraven-Amts-Verwalter*. Nominantur *Delegati* in triennium, suffragiis Provincialium.

Vice-Domini munus ac jurisdictione sublata, ac pro negotiorum ratione pars *Repræsentationi*, de politicis nempe ac publicis, pars justitiæ dicundæ, *Capitaneali*, & ei unito Provinciali judicio (olim *Schranen*, hodie *Landsfürstliches Landrecht*) est attributa.

Nonnullæ quoque in colligendis vectigalibus ac tributis innovata sunt, atque *Quæstor Generalis Provinciæ*, cum suis adiutoribus, non jam ab Ordinum Provinciæ Collegio, sed ab *Excelsa Repræsentatione* pendere jussi sunt.

1748. Anno MDCCXLVIII. *Repræsentationi* substituta est *Deputatio Cæsareo-Regia*, & *Camere Appellationis* loco, *Regimen introductum* est, potestas pene omnis utrique eadem servata est,
 1749. alio sub nomine. Denique anno MDCCXLIX. *Deputationis*, & *Regiminis* sublati vocabulis, rursum *Excelsa Repræsentatio*, atque *Camera*, titulum auctoritatemque suam recepere. *Regimi-*

nis vero loco , ad causas justitiae cognoscendas , ac judicandas , nullum novum subrogatum est Collegium ; atque idcirco causæ juris provincialis , Appellationis titulo , ad Regimen Græcense recursum obtinuere , uti olim in usu fuerat .

Postremum se se extulit Dicasterium : *Confessus in Causis Summi Principis* , quod delegati judicij auctoritate gaudet , idem subinde appellatum fuit , hodieque appellatur : *Repræsentationis Justitiae Dicasterium (Repræsentations - Justiz - Stelle)* ubi causæ fiscales , & querelæ subditorum contra Dominum discutiuntur . Minora quædam , de militia tum limitanea , tum Urbis Clagenfurensis , de ærario , variisque stipendiis , aliaque sciens prætero ; quando mihi propositum non fuit , Historiam Carinthiæ politicam conscribere , sed Principum seriem , ac immutationes præcipuas illustrare , a quo instituto illustris ista rerum provincialium conversio , perfectioque , quod præcipua saltem ejusdem attingit capita , minime aliena videbatur .

DEUS Optimus Maximus , Optimæ Principis materna in Provincias suas studia , laudatissimamque voluntatem , in publici boni perennatura commoda vertat ,
stabilitatque .

O. A. M. D. G.



S P E C I M I N I S
A R C H O N T O L O G I Æ
C A R I N T H I Æ
P A R S P O S T E R I O R.



C O N S P E C T V S
C A P I T V M D E C E M
P A R T I S P O S T E R I O R I S.

C A P V T I.

 De Primordiis Ducatus Carinthiæ , Anno Salutis
DCCCCLXXVI. separati a Bajoariæ Ducatu , de-
que primis Carinthiæ Ducibus , Henrico minore , &
Ottone Ludolfi filio , eorumque alterno Carinthiæ gubernio : pauca-
que de proximis Carentanorum Principibus , præcipue de Conradi
I. Ducis , & Welfi familia ; ad Tabulam I. Genealogicam.

CONSPECTUS CAPITUM.

C A P V T II.

De Zæringensium Ducum Suevica Stirpe, unde Duces Carinthiæ, Bertholdi quinque, Conradus unus, prodiere; tametsi solus Bertholdus I. reapse Dux Carentanorum fuerit, ceteri Ducis Carinthiæ titulo interdum honorati legantur: item de Marchionibus Badensibus, altero hujus stirpis ramo, ejusque nexu, qui etiam Marchiones Veronæ serius appellati fuere; ad Tabulam II. Genealogicam.

C A P V T III.

De nonnullis dubiis in serie Ducum Carinthiæ occurrentibus: de Engelbertorum, Ducis, & Marchionum discrimine: de Genealogia Engelbertorum Carentanorum: de discernendis duobus Udalricis Ducibus, quos alii pro uno habuere: de anno obitus Ulrichi III. Ducis; ad Tabulam III. Genealogicam.

C A P V T IV.

De Marchionibus & Comitibus Istriæ, donec avulsa a Carinthiæ Ducatu Istra, minores quosdam Marchiones aliqua parte nanciseretur: & bac occasione pauca de Meraniæ Ducibus, ex Andechsia stirpe, qui postremi Principum, titulo Marchionis Istriæ sunt usi; ad Tabulas III. & IV. Genealogicas.

C A P V T V.

De Marchionibus Veronæ & Aquilejæ, antea ex stirpe Ducum Carinthiæ, deinde ex cognata Marchionum Badensium stirpe desumis: deque Veronenium perturbatis rebus, atque de extinto denique Marchionis Veronensis titulo, cuius translationis in Badensem Prosapiam occasio, modusque investigatur.

CA-

CONSPECTUS CAPITUM.

C A P V T VI.

Series quedam Chronologica rerum, & mutationum praecipuarum Carnioliae, quod Principes ejus attinet: quibus pactis haec Provincia, variis obnoxia Principibus, e tribus partibus, aut pluribus, in unum denique sat amplum Ducatum, sub Augusta Austriaca Domo coaluerit. Vide Tabulas III. IV. V. & VII. Genealogicas.

C A P V T VII.

De Comitibus Palatinis Carinthiae, quorum incerta omnia ante Comites Goritiæ, qui ipsi admodum sero titulum illum sibi in literis publicis adscripsere, circa annum MCCCLIX. In ejus rationem inquiritur: fundi, locaque Palatino Carinthiae propria, indicantur. Landgravius Carinthiae, Comes Tyrolis, non nisi laxiore notione accepto Landgravii vocabulo, appellari poterat. Vide Tabulas V. & VI. Genealogicas.

C A P V T VIII.

De titulo Archiducatus Carinthiae, neglectis fabulosis & incertis, ostenditur: eundem exortum esse Anno MCCCCXIV. sub Duce Austriæ Ernesto Ferreo; attamen occasio sumpta fuit a titulo Archiducis Austriæ, Styriæ, Carinthiae, & Carniolæ, quem Rudolfus IV. Austriacus sibimet attribuit. Archiducalis tituli continua possessio Carinthiae, & Principum auctoritate, & publicarum monetarum testimonio a seculo XV, ad nostram etatem, asserta exhibetur.

CONSPECTUS CAPITUM.

C A P V T IX.

De Marchia Carentanæ, seu Styriæ, vetustis Principibus, brevis notitia profertur, Chronologica potissimum ac Diplomatica, inspersis etiam Genealogiæ Ottokarorum Styriæ Marchionum, nexibus præcipuis: anteriorum quoque Marchionum Carinthiæ brevissimum Specimen delineatur. Conferatur Tabula VIII. Genealogica.

C A P V T X.

De Scuti Carinthiaci signis, cum antiquis, tum hodie usitatis, differitur; Ottokaro Bohemicæ Regi immutatio Scuti tribuitur, quidque eundem induxit, ostenditur: Signa Scuti præcipua, ab ornamentis accidentariis, quæ fere pro libitu mutabantur, seorsum considerantur. Denique variationes Scuti Carinthiaci, in monumentis publicis observatae, singulari iconismorum

Tabula proponuntur.





C A P V T I.

*De Primordiis Ducatus Carinthiæ, separati a Bajoaria,
deque primis illius Ducibus. Ad Tabulam
Primam Genealogicam.*



orici Mediterranei pars, quæ a Carnicis olim *Carinthiæ*
Duces vetustissimi. habitata populis, subinde Vinidos quoque tuftissimi.
incolas accepit, **CARNIA**, **CARNUTUM**,
CARNUNTUM, **CARENTANUM**, **KARANTANUM**, **KARINTHIENORUM REGIO**,
ac denique **CARINTHIA** est appellata.

De vetustissimis Carinthiæ Principibus, quorum certa
series constitui nondum potuit, isthic non agitur, sed de
Ducibus illis, qui proprio titulo, separatam a Bajoaria Carin-
thiam, sub Germanicis Regibus, aut Imperatoribus, admini-
stra-

strarunt. Silentio igitur hic prætereo cum Suevicos illos, tum deinde Longobardicos Reges, Ducesque, quibus Carentanum, aut pars ejus, cum Foro Julio, aliquando paruerat : neque Bajoariæ quosdam Regulos moror, neque Vinidos sive Vinidas, quorum præcipuus Princeps, seu Rex, Hunnorum viator, a FREDEGARIO memoratur SAMO, ab an. MDCXXIII. ad DCLVII. Carentanos strenue moderatus. Omitto quoque Slavicos illos Carentani Duces, ab anno circiter DCCXX. ad DCCLXXX, quorum nomina in *Libello de Conversione Bajooriorum & Carantanorum* produntur : BORUTH, KARASTUS, CHETTUMARUS, WALINCH, quique hos circa DCCXCVII. consecutus est INGO, idem fortasse ipse (aut ejusdem pater) cum SANCTO DOMITIANO, ejusque Successores.

*Et Duces
sub Caro-
lingis, hic
prætermitti.*

Neque vero illi Fori Julii Duces, aut Præfecti, isthic incensum veniunt, qui sub Carolo Magno, ac deinceps Carentanum quoque, aut partem ejus rexere: ROTGAUDUS, HERICUS, CADOLAUS, & si qui sunt alii. Prætermitto etiam PRIWINNAM Slavum, ac filium ejus HEZILONEM, circa saeculi noni dimidium : KAROLOMANNUM item, Ludovici Germanici filium, tametsi LAZIUS de *Migrat. Gent. L. VI. p. m. 161.* perhibeat ejus diploma, S. Emerammo datum, in quo scribitur, saltem a LAZIO: Karolomanus DEI concedente Clementia Rex Francorum, Dux Carantanorum: ... Hunc inquam isthic KAROLOMANNUM item prætermitto, ejusque filium ARNULFUM, postea Imperatorem, cui Carentanum circa an. DCCCLXXVII. a patre

com-

commissum fuit, quin tamen ARNULFUM in literis publicis
Ducem Carentanorum appellatum legamus: et si REGINO, &
ALBERICUS trium fontium collatam Arnulfo Carinthiam con-
testentur.

His itaque interea sepositis ad illos venio Carinthiæ *Duces Ca-*
Rinthiæ sub
Duces, qui se junctam a Bajoaria Carinthiam sunt nati. Quod *Ottobus*
Cæsaribus.
 ut ordine ostendam, primum illos Bajoariæ *Duces* comme-
 morabo, qui Bajoariam una cum **Carinthia** *Ducis* titulo sub
 Arnulfi **Cæsar**is tempora obtinuere. *Tabulam primam Genea-*
logicam consuli deinceps velim; in ea Stirps Saxonica OTTO-
 NUM, & Stirps Bajoarica LIUPOLDI seu LIUTBALDI exhibi-
 bentur eatenus, quatenus ad finem nostrum fieri oportebat.
 Probationes earum rerum, quæ sunt ab aliis abunde produ-
 ctæ, hic non recoquimus, ob vias apud STRUVIUM, HAH-
 NIUM, PFEFFINGERUM in notis ad Vitriarium, BRUN-
 NERUM, ADLZREITERUM, KOELERUM, HANSIZIUM,
 CALLESIUM &c. Id genus jami ab aliis docte commonstrata,
 sunt sequentia: LUITBALDUM ab an. DCCCXCV. ad CMVII.
 Bajoariæ limitem, Comitis *Ducis*ve titulo administrasse, ei-
 dem successisse ARNOLFUM, filium natu majorem, qui exul,
 & ad Hungaros profugus, ac seditiosus, resipuit, atque re-
 stitutus an. CMXXXVII. extinctus est. Exclusis Arnolfi filiis
 Otto I. Rex Ducatum Bajoariæ dedit ejusdem fratri BER-
 THOLDO: mox arma corripuere Arnolfi filii EBERHARDUS,
 ARNOLFUS, HERMANNUS, sed nequidquam. Bertholdo

mortuo circa CMXLV. suffectus est CMXLVI. Ottonis I. Regis frater **HENRICUS I.** cui nupsit **JUDITHA**, Arnolfi olim Ducis filia: inde natus **HENRICUS II.** sive **HEZELO**, qui post obitum patris anno CMLV. Dux Bajoariæ renunciatus fuit. Seditionem commovit Hezelo an. CMLXXIV. mox captus, & e custodia elapsus, arma resumpsit; quamobrem anno CMLXXVI. ab Ottone II. Imperatore, fratre suo, exauctoratus fuit. Hæc inquam satis ab aliis expedita tenemus.

*Primus
Carinthiæ
Dux Hen-
ricus.* Venio jam ad illa, quæ deinceps de Bajoariæ atque Carentani Ducatu acta sunt, a me pro viribus comprobanda.

Ajo itaque: Ottonem II. Cæsarem exauctorato **HEZELONE**, eodem anno CMLXXVI. Bajoariæ Ducatum a Ducatu Carinthiæ diremisse, atque Bajoariæ Ducem constituisse **OTTONEM**, Ludolfi filium, Ottonis II. Cæs. nepotem: Carentaniæ vero Ducatum dedisse **HENRICO (MINORI dicto)** Bertholdi filio, e stirpe Arnolfi olim Ducis.

Porro **HENRICUM** minorem cum Hezelone, primum sub finem CMLXXVI, clam conspirasse, anno sequente palam Ottoni II. se rebellem tulisse; quare eidem ademta Carinthiæ Ducis dignatio an. CMLXXVII. translata fuit in alium **OTTONEM**, filium Conradi Ducis Lotharingiæ, & Luitgardæ sororis Ottonis II. Cæsar. Subinde mortuo anno CMLXXXII. Ottone Ludolfi filio, Bajoariæ Duce, Otto II. Augustus anno sequente **HENRICO MINORI** & veniam,
& Ba-

& Bajoariæ Ducatum impertiit, interea Carinthiæ Ducatum retinente Ottone, Cunradi filio.

At enim extincto CMLXXXIII. Ottone II. Imperatore, Otto III. Rex HEZELONEM recepit in gratiam, eique Ducatum Bajoariæ CMLXXXIV. restituit, quem cum ægerrime, nuper sibi datum, eripi pateretur HENRICUS MINOR, Carinthiam eidem HENRICO rursum contulit Otto III, cedente, pacis causa, OTTONE, Cunradi filio, alioquin Franconiæ Ducatum nacto, nec sine spe recipiendæ Carinthiæ, quam etiam post HENRICI MINORIS obitum, Otto idem sub an. MCXCVII. recepit. Atque his Ducatus Carrantani primordiis ac vicissitudinibus, in præsentia facienda est fides.

Illud primum erat: ab Ottone II. Cæs. Carinthiæ Ducatum a Bajoarico separatum fuisse; ostendi igitur a me antea debet, conjunctas antehac sub uno Duce has fuisse Provincias. Ante Ottonis II. Imperium Bajoariæ præfuere dudum antea, uti supra dictum est, LUITBALDUS, ac deinceps duo ejus filii ARNOLFUS & BERTHOLDUS: postea ad HENRICUM I. Ottonis I. fratrem, denique ad HEZELONEM, Henrici I. filium, Ducatus Bajoariæ transiit. De LUITBALDO quidem statuere nihil certi ausim, an utramque Provinciam gubernarit; de reliquis vero probabiles suppetunt rationes. Aque horum primus ARNOLFUS (sive ARNOLDUS aut ARNULFUS) diserte a LUITPRANDO TICINENSI *Histor. Lib III.*

Bajoariæ
Ducatu
Carinthia
olim upita.

Cap. 14. apud Reuberum pag. 127. ita appellatur : Arnoldus Bajoariorum, atque Carentinorum Dux. Ipse vero ARNOLFUS se se vocat : Divina Providentia Bajoariorum Ducem, & adacentium regionum. Apud MEICHELBECK. Histor. Frising. Tom. I. Parte II. pag. 429.

ARNOLFUM in Ducatu exceptit BERTHOLDUS, cui, tametsi rebelli ac fugitivo, restituto tamen, nihil ademtum fuisse invenio. Contra vero idem BERTHOLDUS, Carentanum adversus Hungarorum incursiones fortiter propugnavit; qua de re ita *Chronicon Salisburgense* Hier. Pez. Script. Austr. Tomo I. pag. 338. binis locis perhibet : „ An. DCCCCXLII.... „ Ungari in Bavaria in Trungoeu a Pertholdo Duce occisi sunt. Et rursum : „ An. DCCCCXLIV. Ungari cum Bavaris, & Carentanis pugnantes vincuntur.) Nullius certe proprii Carentanorum Ducis, neque in hoc bello, neque diu antea, posteaque fit mentio, ut ita omnia in BERTHOLDUM Bajoariæ & Carinthiæ Ducem convenire videantur.

Successores Bertholdi HENRICI duo, pater prius, deinde filius, in diplomatis Ottonis I. & II. Augg. leguntur deprecatores pro conferendis in Ducatu Carinthiæ beneficiis. Norunt autem rei diplomaticæ veteris periti, Ottonum ætate, eorum fere Ducum precibus prædia, aliave beneficia a Regibus in provinciis indulta fuisse, qui iisdem tum præfeci fuissent. Unum & alterum de HENRICIS Ducibus exemplum proferam. Otto I. Rex duas villas rusticas donat Die-
prechto

prechto Clerico in pago Crauvati . . . per interventum fratris nostri Hainrici (primi) Ducis. . . . Datum II. Kal. Septembris, Anno Incarnationis Domini DCCCCLIII. Indictione VII. . . . (corrigere XII.) Vide Diplomataria Sacra Ducatus Styriæ Parte I. pag. 5. Gössens. N. II.) Pagus Crauvati intra Leobium & Knitselfeldam erat, ubi hodieque Crauwat Pagus est in ea Superioris Styriæ parte, quæ Carinthia olim annexa fuerat.

Jam vero eidem HENRICO I. Bajoariæ Duci, adjecta ab Ottone I. an. CMLII. Veronæ Marchia, & Aquilejæ, cum Foro Julio (quas regiones Henricus olim Berengario eripuit) satis ipso situ indicare possunt, Carentanum quoque Henrico commissum antea fuisse, quippe quod inter Bajoarium, & Forum Julium intercedit; illa vero de Verona & Foro Julio ex ANNALISTA SAXONE, & ex WITEKINDO certa tenemus.

Subinde idem Otto I. Die prechto, itidem in pago Crauvati, gratiæ aliquid largitur . . . per interventum Hainrici Ducis . . . (seu HEZELONIS) . . . Datum Idus Februarii anno Incarn. Dominicæ DCCCCLX. Indict. III. regnante pio Rege Ottone anno XXIII. Regensperg. Hæc in Domino, Amen. Ita Diplomataria Sacra Duc. Styriæ Parte I. pag. 7. Gössens. N. IV.

Porro Otto II. donavit quædam Abrahamo Episcopo Frisingensi sita in Comitatu Popponis Comitis, quod Carniola vocatur . . . per interventum dilectæ Matris nostræ Adelheid, & fidelis nostri Hainrici Ducis. In alio simili fere diplomate habetur: Et

cari nepotis nostri Bajoariorum Ducis Heinrici. Ambo diplomata data an. DCCCCLXXIV. vide vel apud **HUNDIUM GEWOLDI Metrop. Salisburg. Tom. I. p. m. 91. & 92.** Vel correctius apud **MEICHELBECK. Histor. Frising. Tom. I. P. I. pag. 180. & 181.** Notum est, Carniolam partem Carinthiæ fuisse.

Habemus itaque quatuor deinceps Bajoariæ Duces, **ARNOLFUM, BERTHOLDUM, HENRICUM I. & II.** seu **HEZELONEM**, Carentanorum item Rectores, probabili admodum ratione deducatos.

*Carinthia
Ducatus a
Bajoario separatur.* Reliquum est, ut ab Ottone II. separationem Ducatum Bajoariæ & Carinthiæ anno **CMLXXVI.** susceptam vindicemus. Primo itaque, anno **CMLXXVI.** exauktorato **HEZELONE**, Bajoariæ & Carentani Duce, **OTTONEM**, Ludolfi filium, Bajoariæ Ducatum ab Ottone II. naclum fuisse testantur: **DITMARUS Lib. III. pag. 342. &c. Leibniz. Scriptor. T. I.)** (Item **ANNALISTA**, & **CHRONOGRAPHUS SAXO**, atque **LAMBERTUS SCHAFNABURGENSIS**, omnes ad hunc annum: istud comprobat diploma Ottonis II, indicatum a nobis in Serie *Ducum Carinthiae illustrata*, ubi anno **CMLXXVI.** die ultima **Julii**, Otto II. aliquid largitur: *precibus dilectissimi fratruelis nostri Ottonis Ducis videlicet Bajoariorum.*) Itaque ante finem Iuli anni istius abdicato *Hezelone*, Otto Ludolfi fil. Bajoarium naclus est. At vero Carentani Dux alias mox comparet in nostra Serie *Ducum Carinthiae illustrata*, ad annum sequentem **CMLXXVII.** die **XVII. Aprilis**, ubi ab Ottone II. Imp. me-

moratur diserte : *quod Henricus Karentanorum Dux nostræ humi-
liter suggeſſit Majestati.* Certus igitur Carinthia separatae Dux
HENRICUS cum habeatur hoc anno ; non existimamus eun-
dem hoc potius anno CMLXXVII, quam præcedente (quo
Bajoaria **OTTONI** data fuit) Ducatum obtinuisse. Neque
enim adeo imprudentem fuſſe Ottone II. Imperatorem mihi
persuadeo , ut Ottoni fratrueli vix collatam cum Bajoaria Ca-
rinthiam auferret , corrumperetque gratiam , quam separatis
antea Ducatibus , integrum conferre duobus poterat. Graves
vero etiam ſuppetebant cauſæ , cur provinciæ , eatenus Du-
ci Bajoariæ concreditæ , duobus deinceps Ducibus commit-
terentur : primum enim amplitudine jam sua laborabat Ba-
joariæ Ducatus , præter Bajoariam propriam , Noricum pene
omne , Rætiæ partem , & Aquilejanam cum Veronensi Mar-
chia , complexus. Deinde Ducum ſeditiones , **ARNOLFI**
olim , & recenter **HEZELONIS** , ita Regibus iſſis metuendæ
erant , ut ad dividendam iniminiuendamque Bajoariæ Ducum
potentiam pene cogerentur. Itaque ipſo probabilius anno
CMLXXVI. vel certe ſequentis initio ſejunctus a Bajoarico
Carentanus Ducatus **HENRICO MINORI** est ab Ottone II.
impertitus.

Discutiendum porro reſtat : quisnam , & unde domo *Herricus
Dux I.* hic fuerit Dux **HENRICUS** , quæque porro vicissitudines eun-
dem exercuerint ? **HENRICUM** hunc primum , propriumque
Carinthia Ducem , eum eſſe arbitror , quem veteres Chrono-
graphi

graphi *Minorem* appellant, CHRONOGRAPHUS SAXO *Leibnitii access.* Hist. Tom. I. p. 189. rite tempora distinguens ita narrat: An. CMLXXVI. HEZELONEM rebellem exauktoratum: anno sequente CMLXXVII, (exeunte, opinor) eundem Hezelonem *confilio Minoris Henrici* obseditse Patavium. Demum anno CMLXXVIII. ambos hosce seditiosos Henricos captos fuisse. Similia ANNALISTA SAXO, & ANNALISTA HILDESHEIMENSIS ad an. CMLXXVIII. de HENRICO MINORE seditionis socio, perinde atque captivitatis.

Porro ad eundem annum HERMANNUS CONTRACTUS Pistorii Tom. I. ita perhibet: „Henricus Dux Bajoariæ (Hezelo) „& alius DVX, Augustensis quoque Episcopus Henricus, rebel „lantes Imperatori capti, & exilio mancipati sunt.) Profecto iste alius Dux, medius hic inter duos Henricos positus, alius Chronographorum consensu esse nequit, ac noster HENRICUS DUX Carinthiæ, quem igitur illum esse *Minorem Henricum* censeo, toties a Veteribus nominatum.

Otto Dux II. Carinthia. Id rursum egregie confirmat diploma Ottonis II. Aug. quo donat quædam in valle Liubna: „Ob interventum Ottonis æquivoci & Consobrini nostri Karinthienorum Ducis. Datum VII. Idus Octobris, Anno Incarn. Dom. DCCCCLXXVIII. Indict. VI. (corrige VII.) Anno regni XVIII. Imperii XII. Actum Rieda. Vide Seriem nostram illustratam. Nempe HENRICUS MINOR ob seditionem cum HEZELONE promotam, anno CMLXXVIII. captus, Ducatuque Carinthiæ privatus fuit

fuit, quem Ducatum eodem, aut sequente anno OTTO obtinuit, Conradi ex Luitgarda filius, quem itaque hoc diploma (appellans eum *Consobrinum Ottonis II.*) probe distinguit ab OTTONE, novo Duce Bajoariæ, Ludolfi filio, quippe quem diploma anni CMLXXVI. *Fratruem Ottonis II.* declaravit.

Hæc vero etiam rerum consequentium narratione sta- *Henricus I.*
Dux iterum.
 biliemus. OTTONEM Ludolfi filium, Bajoariæ Ducem, anno CMLXXXII. deceſſisse conſtat ex *Auctore* *vitæ S. Meinwerci.* Otto II. Imp. Veronæ in Comitiis CMLXXXIII. HENRICO MINORI veniam dedit, cumque Carinthiæ Ducatus non va- caret, Bajoariæ Ducatum, recens liberum, eidem HENRICO tradidit. Ita enim DITMARUS ad an. CMLXXXIII. „ *Hen- ricus Minor exilio solutus, Dux Bavarianorum effectus est.* Ita noyo sibi, ac majore Beneficio Otto II. obſtringebat HENRI- CUM MINOREM, qui eidem Bajoariam loco Carentani dabat; Carentanum quippe fideli Duci OTTONI *Consobrino* suo colla- tum, auferre citra causam ullam Imperator non potuerat, quem Ducem hoc anno in diplomate legimus. Vide *Seriem illustr.*

Mortuo anno CMLXXXIII. VIII. Decembris Ottone II. sequente anno Otto III. Rex HEZELONEM, etiam regni spe inflatum, in gratiam recipiendum, & restituta Bajoaria pla- candum putavit. Ægerrime eo Ducatu decedebat HENRI- CUS MINOR, uti DITMARUS, aliique Chronographi conte- stantur; at nemo tamen enarrat, quibus pactis denique al- tero jam Ducatu se exui passus sit HENRICUS MINOR, prius

Chronol. P. II.

C

Ca-

Carinthiæ, deinde Bajoariæ Dux. Rem ita compositam nul-
lus dubito, ut pacis publicæ amore, & spe facta recipiendæ
Carinthiæ, ejusdem Carinthiæ Ducatu OTTO Conradi filius
sponte decesserit, itaque HEZELO Bajoarium & HENRICUS
MINOR Carentanum anno CMLXXXIV. aut sequentis initio,
recepérint. Hanc opinionem mire confirmant diplomata,
quæ in Serie *Ducum Carinthiæ illustr.* ad an. CMLXXXV. &
sequentes indicavimus, ubi Otto III. „ *Interventionibus ambo-*
„ *rum nepotum nostrorum Henricorum Ducum, scilicet Bavariæ,*
„ *ac Carinthiæ Regionum. . . . quædam donat: Pridie Kalend.*
Octobris, An. DCCCCLXXXV.

*Henrici
titulus
duplex.*

Porro annis DCCCCLXXXVIII...LXXXIX...CXIII.
HENRICUS Carentanorum, & item Sclavorum Dux, & Mar-
chiae Veronensem, legitur. In illo vero Ottonis III. diplomate,
anni DCCCCXCHII. quo conceditur aliquid: „ *Ob interven-*
„ *tum dilecti ac fidelis nostri Hainrici Bajoariorum, & Karenti-*
„ *norum Ducis, vel deesse videtur tò: Utriusque, nempe di-*
lecti ac fidelis vel HENRICUS uterque sibi titulum etiam
alterius Ducatus reservavit: nempe HEZELO Dux Bavariæ,
titulum Ducis Carinthiæ retinuit, quod olim utrumque Duca-
tum conjunctum rexerit; HENRICUS MINOR autem restituta
sibi Carinthia, titulo Bavariæ gaudere voluit, quod eam Heze-
loni vix denique cessisset. Rarissime tamen utroque hoc titulo
usi sunt; neque in prædicto diplomate certa adsunt indicia, cur
alteri potius HENRICO præ altero duplex is titulus adjudicetur.

HE-

HEZELO seu HENRICUS II. Bajoariæ Dux vitam laudabiliter terminavit die XXVIII. Augusti anno CMXCV. Bajoariæ Ducatum adeptus est Hezelonis filius HENRICUS III. *Sanctus*, & Claudus compellatus, postea MII. Rex, & MXIV. Imperator. Hæc extra dubium sunt.

At enim HENRICI MINORIS obitum anno CMXCVII. aut præcedenti tribuendum censeo, si non erravit Scriptor Chronicæ Salisburgensis Peziani; is de obitu duorum Bajoariæ Ducum HENRICORUM, nempe HEZELONIS, quem ipse Henricum IV. vocat, & Henrici V, qui noster Henricus Minor esse debet, ita perhibet: „*An. DCCCCXCV. Henricus IV. Dux Bavariae obiit:* „*Henricus filius ejus succedit. Deinde: An. DCCCCXCVII. Henricus V. Dux Bavariae obiit.* Hic sane alias intelligi nequit, quam HENRICUS MINOR, qui anno CMLXXXIII. Bavariæ Dux fuerat; Hezelonis enim, seu HENRICI IV. filius Henricus Sanctus utique hic designari nullo modo potuit. Ita etiam dum Chronicæ Scriptor Australis, & CONRADUS URSPERGENSIS anno CMXCVII. Henricum Bojum obiisse memorant, de Henrico Minore Carinthia, & Bavaria Duce accipiendi videntur; quod HEZELO certo an. CMXCV. deceperit.

HENRICO MINORI extinto in Ducatu Carinthia *Otto iterum Dux.* postliminio certo successit OTTO, Conradi filius, qui antea pacis studio, uti diximus, eodem Ducatu deceperat. Id unum ambigo, an non jam anno præcedente, nempe CMXCVI. OTTO Carinthiam, aut saltem Marchiam Veronensem, seu ægro-

tante, seu ultro partem Ducatus concedente HENRICO, seu ita volente Ottone III. Cæsare administrarit; cum OTTONEM Ducem jam anno CMXCVI. aliqua ratione *Veronensi* Marchiæ fuisse præfectum, diserte perhibeat ANNALISTA SAXO, Ecardi Corp. Hist. Tom. I. p. 363. Erat vero *Aquilejana*, & *Veronensis* Marchia Carentano Ducatui attributa, uti diplomata an. CMLXXXIII. & sequentium annorum, in Serie *Ducum Carinthiæ illustrata* comprobant, & Capite V. porro comprobabitur. Suspicari igitur cœpi, an non anno obitus HENRICI MINORIS CMXCVII. unitas demenda esset, ut cum rebus *Annalistæ Saxonis* is obitus facilius conveniret, tametsi non omnino inter se pugnent, si HENRICO ægrotante, OTTO res Marchiæ curaverat.

OTTONEM vero, *Conradi filium*, receptam Carinthiam deinde moderatum fuisse, ex DITMARO, & ex *Diplomatibus certo edocemur*, quorum testimonia producta in Serie *Duc. Carinthiæ illustrata*, hic repetenda non sunt: Vide illic annos MI. MIL. MIII. ubi etiam circa an. MV. OTTONI extincto, CONRADUM filium, in Ducatu Carentano suffectum fuisse meminimus.

*Henrici I.
Ducis
Prosapia.* Hactenus palam facere conati sumus, quisnam primus, nostra sententia, separatæ Carinthiæ Dux, & quibus vicissitudinibus, constitutus sit, eumque in HENRICO MINORE nos deprehendisse opinamur. Supereft, ut de HENRICI hujus stirpe aliqua proferamus, quæ ipsa propositum sistema

nostrum amplius stabiliant. BRUNNERUS noster, præclarus alioqui *Annalium Boicorum Scriptor*, *Lib. III. pag. 136. 143. Edit. 1710. fol.* HENRICUM minorem filium facit Ottonis, Ludolfi filii, Ducis Alemanniæ & Bajoariæ. Sed ea sententia, HENNINGESII, aut ejuscemodi recentioris auctoritate nixa, vetusto suffragio destituitur. Multo sane alia ANNALISTA SAXO, *Eccardi Script. Tom. I. pag. 328.* his verbis prodit: „ *Henricus iste, cognominatus Minor, qui postea Marchio in Bavaria fuit, & habuit genus. Lotharius Comes de Walbike, postquam Ottonem Imperatorem, ut prædictum est, conatus est occidere, captus etiam in Bavariam missus, Bertholdo Comiti committitur; deinde receptus in gratiam Cæsaris, eidem Bertholdo filiam Eilam conjugem dedit, quæ ei hunc Henricum dedit.*) Bertholdum hunc, patrem HENRICI, in Bavaria Comitem, ex prosapia *Luitbaldi*, Bajoariæ olim Comitis, seu Ducis, fuisse, et si veteres non prodidissent, inde tamen haud vana conjectura deduco, quod *Luitbaldi* prædicti nepotes tres, *Eberhardus, Arnulfus, Hermannus*, post patris *Arnolfi* Ducis obitum, Ducatum Bajoariæ, velut antiqua lege, vel consuetudine, sibi debitum, perdite captarint; sed vieti, ac exilio multati, aut subacti, ad Comitum ordinem redacti sint. Alicujus ex his tribus filium, aut proximum certe consanguineum, fuisse arbitror Bertholdum, HENRICI MINORIS patrem. Neque enim aliter HENRICO MINORI Carinthiæ Ducatus primum, deinde cum seditionis venia Bajoaria ipsa collata fuisset, nisi

vel aviti juris aliquid , vel cognationis cum Ottonibus , aut utrumque potius intercessisset.

*Fuit co-
gnatus Ot-
tonum Cæs.* Pulcherrimam porro occasionem nactus fuit Otto II. exauctorato HEZELONE Bajoariæ & Carentani Duce , cum stirpis suæ splendori , tum æquitati ac paci consulendi ; dum Bajoariæ Ducatum in duos diremtum ita divisit , ut fratreli suo OTTONI Bajoariam , HENRICO MINORI , ex avita Ducum Bajoariæ prosapia oriundo , & suo item cognato , Carentanum cum Italiæ parte largiretur. Et vero Otto III. HENRICUM MINOREM Nepotem suum iterum appellat , latius paullo , ut fere in diplomatibus fit , id vocabulum usurpando , ob Juditham uxorem Henrici I , fratri Ottonis I. eandemque probabilius magnam amitam Henrici Minoris , de quo vide *Tabulam I. Genealogicam.* Atque ea stirps & cognationes inspirasse animos HENRICO MINORI videtur , ut Carinthia non contentus , cum HEZELONE , proprius cognato , contra Ottonem II. conspiraret , ac denique ipsam Bajoariam , eaque ægre subinde dimissa , Carentanum iterum nanciseretur. Aequus Lector hic facile conspiciet , quam apte interfuse Diplomatū perinde , ac veterum Scriptorum testimonia , ipseque rerum , & Genealogicus ordo cohærent.

*Solvuntur
difficultates*

Occurrentum nunc etiam est illis , quæ obmoveri posse animadverteram. Primum , non videtur jam CMLXXIX , ac deinceps OTTO Carinthiæ Dux statuendus ; cum quod Diploma Göfense erroneam Indictionem præferens dubiæ sit fidei , tum

quod

quod a DITMARI Lib. IV. p. 348. Leibnitii Brunf. Script. Tom. I. ad an. CMLXXXIV. vel sequentem, Henricus appelletur Dux Carrentani, his verbis : „ *Dux (Hezelo) in Bavariam continuo proficiens, cum venire aut noluisset, aut propter Henricum Ducem, qui tunc Bavarii, atque Carentis præfuit munere præfatus Imperatoris, (Ottonis II.) non potuisset.....*)

Enim vero DITMARI auctoritatem, pro eo, ac par *Ditmari locus dubius.* est, magni facio ; majoris tamen apud me momenti est diplomatis probi locus certus, quam dubia DITMARI locutio. Illud autem Gössense diploma suspectæ fidei haberi non potest, in cuius apographo sola unitas Indictionis numero deest, (quod non raro observari, neque vetustati obesse jam monuit Celeberr. MABILLONIUS) cetera vero omnia mire congruunt, cum aliis Ottonis II. literis, in *Chronico Gotwicensi* pag. 193. productis, videlicet Monogramma Ottonis, ejusdem anni regni, & imperii, Hildeboldus Cancellarius, totaque diplomatis ratio. Indubia igitur fidei diploma isthoc disertis plane verbis sifit : *Ottонem æquivocum & consobrinum (Ottonis III.) Karinthienorum Ducem anno CMLXXIX.* Contra vero illa DITMARI verba : *Henricum, qui tunc Bavarii atque Carentis præfuit....* dubio non vacant ; dubium quippe grave occurrit, an non illud : *atque Carentis,* recentioribus DITMARI codicibus assutum sit : quando ANNALISTA SAXO, vetustiore haud dubie usus codice, & rem hanc ipsam, & ipsa fere DITMARI verba repræsentans, nihil de Carentis adjungit, dum ad an-

num CMLXXXIV. ita scribit : „ Dux (Hezelo) Bavariam
 „ continuo petens , cum venire aut noluisse , aut propter Heinri-
 „ ricum , filium Bertholdi , qui tunc Bavariis præfuit munere præ-
 „ fati Imperatoris , non potuisse

Accedit etiam , non *Carentos* a probis Scriptoribus ,
 sed *Carentanos* appellari solere populos Carinthiæ . Neque ve-
 ro ego credam , unquam commissurum fuisse Ottonem II. ut
 periculosa illa Ducatus Bajoarici moles , gravissimas ob causas
 in duos nuper divisa Ducatus , rursum in unum coalesceret .
 Denique DITMARI Scriptoris egregii , at minime perspicui ,
 verba ita accipio , ut τὸ TVNC , circiter annum CMLXXXIV .
 designet , atque tum verum erit : Henricum TVNC Bavariis &
Carentis præfuisse , qui circa finem prædicti anni Bavariæ Du-
 catu decedens , mox Carentanum recepit . Illud etiam ita ex-
 cufari potest , ut ob reservatum utriusque Ducatus titulum
 (de quo paullo ante actum fuit) Henrico utriusque Ducatus
 vocabulum adscriberetur .

*Ditmarus
obscurus.*

Quod si paullo severius apertiusque de DITMARI lo-
 co statuere velim , dicam , confudisse eum tempora , atque Hen-
 rici titulos binos , qui diversis temporibus utique convenie-
 bant , in unum temere conjectisse . At ne id meæ sententiae
 amore facere videar , doctiorum Virorum de DITMARE opini-
 onem exponam . R. P. SIGISM. CALLES S. J. Annal. Eccles.
 Germaniæ Lib. VI. §. C. ad an. 973. ita habet : „ Sed id Ditma-
 „ ro usitatum , ut quidquid memoriae occurreret de aliquo , id quam-

„ vis

„ vis annis discretum, unum in cumulum conjiciat, ut sexcentis locis demonstrari potest. Haud aliter senserat Celeberrimus JOHANNES GEORGIUS ECCARDUS in præfat. ad Tomum I. Corporis Historici medii ævi, ubi de Annalista Saxone agens, ita scribit : „ *Ditmari, & Witichindi præsertim narrationem confusam in ordinem Chronologicum digessit (Saxo;) & ea opera faciem ad intelligendos exactius obscuriores hōc Scriptores accedit.*)

Atque ejuscemodi de **DITMARO**, & **ANNALISTA SAXONE** recta judicia pro me quoque ista in re faciunt, quod de **HENRICO MINORE**, Bertholdi filio, **SAXONIS** narrationi acquieverim potius, atque illis, quæ **DITMARUS Lib. V. pag. 368. Leibnitii Tomo I.** de alio, ut opinor, **Henrico**, itidem **Bertholdi**, & **Eilæ filio**, aut certe alieno loco ac tempore perhibet, ad annum nempe MIII, ante quem annum dudum obiisse **HENRICUM MINOREM**, Bertholdi Com. & Eilæ filium, & Carinthiæ Ducem, supra docuimus.

Illud mihi vix quispiam, uti spero, objicit: non vi-
deri eundem **HENRICUM DUCEM**, in chartis publicis alias ne-
riant. Tituli Ve-
terum va-
potem, alias duntaxat *fidelem*, ab Ottone II. appellari, annis
nempe CMLXXVII. & CMLXXXV. Perfacile enim hic
nodus solvitur apud diplomaticæ rei peritos, qui norunt, va-
rio modo nonnunquam eosdem ab Imperatore, aut Rege ali-
quo appellatos fuisse. Profecto vel indicatæ a nobis chartæ
huic rei fidem faciunt. Otto Dux Carinthiæ ab Ottone II.

Chronol. P. II.

D

Imp.

Imp. an. CMLXXIX. *Consobrinus*, idemque an. CMLXXXIII. tantummodo: *Noster fidelis Dux* salutatur. Et vero ipse, de quo agimus *Henricus Dux Karentinorum*, annis CMLXXXV. & CMLXXXIX ab Ottone III. *Nepotis* titulo honoratur: at intermedio anno CMLXXXVIII. **HENRICUS**, utique idem, non nisi *Henricus Dux Karentanorum*, *nosterque fidelis*, compellatur.

Primit pro-
ximi Du-
ces Carin-
thiæ.

Comprobatis jam, ut arbitror, primis Carentani separates Carinthiæ Ducibus, **HENRICO MINORE**, & **OTTONE** Conradi filio, eorumque alterno in Ducatum redditu, vix aliquid hoc loco dicendum restat de reliquis Carinthiæ Ducibus, ad **MARQUARDUM** usque, ejusdemque æmulum **BERTHOLDUM I.** Zæringensem; cum quod in *Serie nostra illustrata* necessaria produxerimus, tum quod apud Cl. **PESLERUM** in *Serie Ducum Carinthiæ* hæc sint egregie pertractata. **OTTONI I.** videlicet Duci successit **CONRADUS I.** filius: huic **ADALBERO** Eppensteinius: tum **CONRADUS II.**, Conradi I. filius, Adalberonem vi extrusit; post intervallum **WELFFUS** suffectus est. De **CONRADI I.** & **WELFFI** Genealogia hæc duntaxat, ad Tab. I. *Genealog.* adnotare libuit. Doctiss. **KOEHLERUS** in *Dissertat. de Familia Augusta Franconica* Tab. II. pag. 18. &c. retulit verba e Conradi II. Regis Augusti diplomate, quæ **SCHANNATUS** in *Codice Probationum ad Hist. Wormatiensem* N. 56. apud Cl. **PESLERUM** ita exhibet: „Qualiter nos pro amore DEI, & „sempiterna memoria nostri, & dilectæ nostræ Conjugis Giselæ „Imperatricis, ac filii nostri Henrici Regis, filiæ quoque nostræ

„Bea-

„ Beatrixis, imo etiam pro remedio Parentum nostrorum defunctorum, Atavi (fors Abavi) nostri Ducis Chunradi, Aviae nostræ, scilicet Judithæ, Patris nostri Henrici, ac Patrui Ducis (Carinthiæ) Chunradi, ejusque Conjugis dignæ memorie Mathildis, Sororis etiam nostræ Judithæ &c. MATHILDEM hanc, CONRADI I. Ducis Conjugem, fuisse filiam Hermanni Sueviæ Ducis, Laudatus PESLERUS ostendit ex MSto Codice, & ex DITMARI Lib. V. præcipue ex vita Adalberonis II. Mentensis Episc. Labbei Tomo I. Bibl. N. MS. Inde hoc Schema-tion Genealogicum eruo, quod illicitas Conradi I. Ducis cum Mathilde nuptias ostendit.

Otto I. Dux Carinthiæ.

Girbergia

Uxor Juditha.

Soror Ottonis I. Ducis.

Conradus I.

Filia N.

Dux Carinthiæ.

Uxor Conradi Ducis Burgund.

Uxor Mathildis.

Gerbirga nupta

Hermannus Duci Aleman.

Mathildis.

Denique WELFFI Ducis Carinthiæ, Welffi filii, soro-rem CUNIZAM nomine, seu CUNITHAM, vel CONZAM nobis sifstis MONACHUS WEINGARTENSIS, Leibnitii Script. Brunsvic. Tom. I. pag. 784. & 803. quæ CUNIZA Azzoni Marchioni Estensi marito suo peperit Welfsum Ducem, auctorem Nobilis-simæ Brunsvicensium Principum Profapiæ.

C A P V T II.

*De Zæringensium Ducum stirpe, unde Duces Carinthiæ,
Et quidam Marchiones Veronæ e Badensibus :
ad Tabulam II. Genealogicam.*

Zæringia
Stirps.

Illustris admodum, Sæculo undecimo, ac duodecimo post Christum natum, fuerat gens Zæringensium Ducum in Suevia, e qua Bertholdi quinque, cum Conrado uno, Ducum Carinthiæ, Sueviæ, & Burgundiæ, nempe Cis-Juranæ, titulis, variis temporibus resplenduere.

Porro a Bertholdo I. Badensium Marchionum stirps nobilissima, quæ Hermanni præcipuo gaudebat nomine, atque a Conrado Teccensium Ducum familie originem traxit. Vide *Tabulam II. Genealogicam.*

Promiserat Cl. PESLERUS in Serie *Ducum Carinthiæ* pag. 34. Zæringensium Principum seriem singulari ab se commendatione illustratum iri ; ea utrumne lucem publicam, quod utique optandum, jam aspicerit, nondum comperimus. Nos quoque in nostra Serie *Ducum Carinthiæ illustrata*, Zæringensium Ducum memoriam, quantum ad Carinthiæ Ducis titulum attinet, diplomatum præcipuo subsidio instauravimus, non omisis Historicorum veterum testimoniis, quibus Bertholdorum Zæringensium in Principatum successio stabiliretur.

Zæringii,
& Badenfæs
ejusdem
stirpis.

Verum in præsenti genealogicum potissimum nexum stirpis Zæringiorum Principum comprobandum suscipimus, Berthol-

tholdorum in primis Ducum cum inferposito Conrado, deinde Hermannorum Badensium successionem, ad Rudolfum usque Hermanni VI. (seu V.) fratrem, sub quo Marchiones Badenses titulo *Marchionum Veronensium* postremum in diplomatis compellati videntur. Genealogicum inquam nexum hic præcipue spectabimus; quæ enim ad ipsam Marchionum Veronensium seriem proprie referuntur, Capite V. inferius discutiemus.

In designanda Bertholdorum Zæringensium Genealogia paucis in rebus a PISTORIO dissidemus, qui *Schema Genealogicum Zæringensium*, adjunxit ad *Chronicon Constantiense*, *Scriptorum German. Tomo III.* Attamen prolatis Veterum testi- moniis id non comprobavit, nisi quod *ex Literis* eadem desunta fuisse perhibeat. Bertholdo I. PISTORIUS patrem as-signat Bezzelinum, matrem Ermenfridam Sonnebergicam, uxorem ejusdem Richwardam Carinthiacam; sed vetusta his omnibus deest auctoritas. Nos vero cum Celeberrimo D. P. HER-GOTTO *Genealogiae Diplomat. Aug. Domus Habsburgo-Austriacæ Tomo I. pag. 273.* patrem Bertholdo I. tribuimus Gebhardum, & avum BIRTHILONEM, seu BIRCILONEM, Brisgoviae Comites. Evidem Cl. HERGOTTUS *Tomo II.* e Chartis vetustis liquido comprobat: BIRCILONEM ab anno CMLXVIII. ad MX. Brisgoviae Comitem, ejusdemque filium anno MX. GEBHARDUM appellatos fuisse: porro autem BERTHOLDUM annis MXXVIII. & XLVIII.

Comitem Pagi Brifgojæ diserte in Diplomatibus salutari, idem ostendit.

*Bertholdus
I. Dux
Carinthiæ.*

Quibus omnibus inter se comparatis, **BERTHOLDUM** hunc propemodum citra dubium eundem esse arbitramur, qui subinde spe Ducatus Sueviæ evanescente, anno MLX. **Dux Carinthiæ** renunciatus fuit, quemque vulgo *Zæringensem*, seu *de Zæringen*, vel *Zaringen*, antiqui Chronologi appellant. Illud offendere neminem debet: **BERTHOLDUM** hunc in literis publicis an. MLXXIII, in laudato **HERGOTTI** opere *Tomo II. pag. 125.* sine *Ducis* titulo comparere. Nam *Carinthiæ* Ducatus anno MLXXII. vel certe sequente, per *Henricum IV. Cæsarem*, aut eodem dissimulante, translatus fuit in *Marquardum Eppensteinum*, obluctante licet *Bertholdo*. Et vero in literis illis anni MLXXIII. *Henricus IV. Imperator* ita loquitur: „*Quasdam venas, & fossas argenti, in Comitatu Bertholdi, in Pago Brifgove.*” Enim vero in *Pago Brifgove* utique *Dux* non erat **BERTHOLDUS**; quare tametsi non dum *Carinthia* depulsus esset **BERTHOLDUS**, atque *Henricus Aug.* teste **LAMBERTO Schafnab.**, *Bertholdo Marquardi* usurpationem excusare niteretur, se invito factam; his tamen in literis *Ducis* titulo minime opus erat, quando præsertim de titulo *Ducis* *Carinthiæ* duo disceptabant. Et sane anno MLXXVII. *Henricus Imperator* citra dissimulationem in diplomate nominat *Bertholdum non jam Ducem*, uti in *Serie nostra illustrata* videri potest. Quodsi hæc minus cuiquam fa-

tis-

satisfacerent, dicerem verbis illis : *in Comitatu Bertholdi*, sub-
audiri *Bertoldum II.* primi filium, jam tum virili in ætate,
cui Pater Comitatum cesserit.

Conjugem Bertholdi I. **BEATRICEM** fuisse, Ludovici *Bertholdi I.*
Comitis, & Sophiæ filiam, Friderici Marchionis Sororem,
nos docet **BERTHOLDUS Constantiensis** *Ursifii Parte I.* ad an-
num MXCII, quo etiam Beatricem deceßisse commemorat.
De **RICHWARDA** priore Bertholdi Conjuge nihil certi apud
Antiquos invenio. Mortem **BERTHOLDI I.** ad an. MLXXVII.
retulerunt *Annalista*, & item *Chronographus Saxo*, **CONRA-**
DUS Urspergensis, & *Chronica Augustensis Freberi Script. Tom I.*
atque *Auctor fragmenti historici, Ursifii Parte II.* Solus, quod
sciam, **BERTHOLDUS Constantiensis** eum obitum adscripsit anno
MLXXVIII. qui fortasse alio anni initio est usus.

BERTHOLDI I. Zæringensis filium fuisse, natu maxi-
mum, **BERTHOLDUM II.**, eundemque jam olim ab Henrico
IV. Cæs. designatum patri in Ducatu Carinthiæ Successorem,
ita memorat **ANNALISTA SAXO Eccardi Corp. Hist. Tom. I.**
pag. 490. „ *Pro qua commotione lenienda* (*Bertholdi I. ob ne-
gatum, contra promissa, Sueviæ Ducatum*) *Ducatus Carinthio-*
„ *rum ei committitur, quem postea filio suo, & æquivoco* (*Ber-*
„ *tholdo II.*) *rogatu ipsius Rex Henricus commisit.*) At enim
reipsa Carentanum Ducatum **BERTHOLDUS II.** non est con-
secutus, patre ejus Bertholdo ipsomet exauktorato. **AGNE-**
TEM, Rudolfi Sueviæ Ducis, ac deinde electi Regis, filiam

con-

conjugio sibi adlegit **BERTHOLDUS II**, quod luculentus testis comprobat **OTTO FRISINGENSIS**, *Lib. I. de gestis Friderici I. Cap. VII.* his verbis : „ *Igitur Rudolfus Dux Suevorum ab eis (Principibus Germaniæ) Rex factus, diadema a Romana Ecclesia accepisse traditur, cum hujusmodi scripto : Roma dedit Petro, Petrus diadema Rudolfo.* Hujus Rudolfi filiam quidam ex nobilissimis regni Optimatibus Bertolffus nomine de castro Zeringen habuit Occiso Rudolfo, gener ejus Bertolffus Ducatum Sueviae, tamquam a Socero sibi concessum, usurpat.) Itaque haud satis proprie locuti videntur Scriptores, licet vestigi laudatique, **BERTHOLDUS Constantiensis**, *Chronographus Saxo*, & *Scriptor Chronicæ Augustensis*, qui **BERTHOLDUM II. Rudolfi Suevi** appellarunt *Filium*, cum Gener duntaxat fuisset : nisi forte adoptio hic aliqua intercessisset : aut vulgo *Gener etiam Filius* diceretur.

De Bertholdo II.

BERTHOLDUM Zæringensem (utique secundum) vitæ metam attigisse anno MXC, consentiunt **BERTHOLDUS Constantiensis**, atque *Chronica Augustensis* Freheri Tomo I. pag. 505. Illud non satis assequor, cur omisso hoc anno obitus Bertholdi, eundem ad annum denique MCXI. referat *Genealogia Pistoriana*; quando hunc annum MCXI, obitus Bertholdi, in vetustorum Scriptorum nemine invenio. Atque inde fieri omnino debuit, ut ego quædam **BERTHOLDO III**, Bertholdi II. filio, tribuerem, quæ ab an. MXC, **PISTORIUS** usque ad an. MCXI. Bertholdo II. adscriperat. Inter cetera Gabi-

ronem seu GEBHARDUM, Bertholdi III, non secundi, fratrem fuisse censeo, quem antea Monachum Hirsaugensem, subinde an. MLXXXIV. XI. Kal. Januarii consecratum fuisse Constantiensem Episcopum, ac decepisse MCX. die XII. Novembris, *Chronicon Constantiense* perhibet Pistorii Tom. III. pag. 666. Probabili admodum ratione ista colligo e verbis BERTHOLDI Constantiensis, qui ad an. MXCII. ita de Bertholdo III. „Iterum „Principes Alemanniæ ad defensionem S. Matris Ecclesiæ contra „Schismaticos (fautores Henrici IV. Cæsar) unanimiter con- „venerunt, sibique ad hoc negotium exequendum fratrem Constan- „tienis Episcopi, Bertholdum Ducem Sueviæ constituerunt, qui „nondum Ducatum aliquem habuit, etiam si jam dudum nomen „Ducis habere consueverit.

Et vero etiam Carinthiæ Dicis titulo BERTHOLDUM III. *Bertholdus III.* faltem in *Chronica S. Pantaleonis*, ad annos MCVI. & MCXIV. honoratum fuisse, verbis ipsis prolatis docuimus in Serie Ducum Carinthiæ illustrata. Violenta morte an. MCXXII. ad diem XIX. Februarii, Molenhemii interiisse BERTHOLDUM III, ex Fragmento Historico, Urstii Parte II. constat, cuius verba mox producemus: itemque ex *Chronica regia S. Pantaleonis*, & ex PISTORIO. SOPHIAM, Henrici nigri Dicis Bavariæ filiam, Bertholdi III. conjugem, nobis exhibet Monachus Weingartenensis, de Guelfis. Leibnitii Tom. I. Script. Brunsvic. Eadem deinde, post extinctum an. MCXXII. Maritum, in manus convenit Leopoldo Marchioni Styriensi, Ottokari IV. Marchionis filio..

*Conradus
Bertholdi
II. filius.* CONRADUM ego quidem BERTHOLDI III. filium statui, at non indubie; atque etiam Fragmentum historicum Ursini Parte II. pag. 84. Conradum eundem filium Bertholdi III. appellare videtur, ubi ita lego: „ *Hic Bertholdus (nempe ter-
tius) postea Mollensheim occisus est. Omnes enim Bertholdi us-
que ad præsentem diem Duces dicti sunt, nullum Ducatum ha-
bentes, soloque nomine, sine re, participantes; nisi quis Ducatum
esse dicat Comitatum inter Juram & montem Jovis, quem post
mortem Wilhelmi Comitis, filius suus (Bertholdi) Cura-
dus ab Imperatore Lothario suscepit.*) Cūr vero & esse CONRADUM natu minorem Bertholdi III. filium, & natu grandiorem Bertholdum ante patrem extinctum credam, etiam Bertholdum nomine, rationes adduxi in Serie illustrata ad annum MCX. & MCXIV. & MCLII. quo extinctum fuisse Conradum, vel VIII. Januarii, si PISTORIO fides, vel serius aliquanto, si GUILLIMANNO adstipulemur, memoravimus.

*Conradi
Conjux, &
Soboles.* CONRADO uxorem fuisse CLEMENTIAM, Godefridi Comitis Namurcensis filiam, ex Ermensende Luxenburgensi, & Henrici sororem, quæ marito peperit RADULFUM seu RUDOLFUM, Moguntiæ antea, dein Leodii Præfulem, item BERTHOLDUM IV. DUCEM, ALBERTUM & CONRADUM &c. ea omnia e sequentibus ALBERICI MONACHI Trium Fontium verbis colligimus, Editionis Leibnitianæ pag. 349. & 351. „ Comes Godefridus Namurcensis duxit secundam uxorem, genero nobiliorem, & vita sanctiorem, videlicet Ermensendem, sororem

„ Co-

„ Comitis Wilhelmi de Lusceleburg, & genuit ex ea jam prælibatum Comitem Henricum Namurensem, & tres sorores germanas ejusdem. Prima fuit Ducissa Zæringiae (Conradi uxor) quæ peperit Radulfum Leodiensem Episcopum, Ducem Bertholdum (quartum) & fratres eorum. Dux iste Bertholdus duxit filiam Comitis Hermanni de Friburc, & genuit Bertholdum alterum (quintum) duas sorores. Paullo ante ita scripserat ALBERICUS : „ Apud Leodium electus est hoc anno (MCLXVIII.) in Episcopum Rodulfus, frater Bertholdi Zæringiae Duxis, & Conradi, & Alberti, mediante avunculo suo Comite Namurensi Henrico, qui Radulfus apud Maguntiam post Henricum & Arnulfum extiterat Archiepiscopus.)

Ex hisce duntaxat ALBERICI verbis sequens constat Genealogia Zæringiorum portio.

Conradus.

Uxor Clementia, Godefridi Namurci Com. filia.

Rodulfus.	Bertholdus IV. Dux.	Conradus.	Albertus.
Episc. Moguntinus.	Uxor, Comitis de Frei-		
dein 1168. Leodiensis.	burg filia, (Heylwiga)		
	Bertholdus V. Dux.	N.	N.
		Filia.	Filia.

Horum aliqua confirmat OTTO FRISINGENSIS *de rebus gestis Friderici I. Lib II. Cap. 29.* : „ Hæc eadem Provincia est (Burgundia Minor) a qua Conradus Dux ejusque filius Bertolhus, Duces vocari consueverunt. Et post pauca sororem

CONRADI Ducis, ejusdemque Maritum ac filium manifestat ita : „Conradi vero Ducis sororis (Agnetis) filius rerum sumnam, dum adhuc viveret, in illa Provincia haberet. Wilhelmus nempe, filius Agnetis Zeringiae, & Stephani Burgundiæ Comitis, decesserat Juvenis, cuius Comitatum vel Henricus V. vel Lotharius II. contulit Reinaldo cognato : eo male rem administrante Lotharius mox Comitatum Burgundiæ in Conradum transtulit : quod omne ex OTTONE citato, & ex Fragmento historicō superius prolatō, deducitur.

Bertholdus
IV.

BERTHOLDUM IV. Conradi filium, etiam e Diploma te novimus, quod Cl. HERGOTTUS protulit ad an. MCXLI. Geneal. Diplomat. Tom. II. pag. 166. Duce Carinthiæ Bertholdum hunc anno MCLIV. apud Ughellum salutatum fuisse, alibi diximus. Idem BERTHOLDUS IV. Burgundiæ Dux legitur in Charta Friderici I. anno MCLV. apud PISTORIUM Tom. III. pag. 625. Porro an. MCLVIII. in Italiam profectus fuit cum Cæsare, teste Chronico S. Pantaleonis Eccardi Tom. I. pag. 937. Apud eundem Eccardum I. pag. 1623. MARTINUS MINORITA nobis exhibet BERTHOLDUM cum Welfo Duce dimicantem. Anno MCLXIX. Friderico I. Imperatori quædam de Burgundia sua in regno Arelensi sponte cessit, teste OTTONE FRISING. de gestis Frid. Lib. II. C. 29. & altero OTTONE a S. Blasio. Cap. 21. Urstisii Parte I. pag. 207.

Filiū BERTHOLDI IV. cognominem legimus apud P. BROWERUM Annal. Trevir. Lib. XIV. & apud RDISS.

HONT-

HONTHEIMIUM, Tom. I. Trevir. *Histor.* pag. 603. ubi anno MCLXXI. BERTHOLDUS pro se, & filio suo BERTHOLDO (quinto) feuda quædam ab Arnoldo Trevirensi accipit.

Annum MCLXXXIII. diemque VIII. Septembris, mortis BERTHOLDI IV. ex PISTORIO desumpsi, itemque uxoris ejus nomen HEYLWIGA, quam, ex ALBERICO, filiam Hermanni Comitis de Freyburg fuisse didicimus: ex eodem fratres BERTHOLDI IV. edocti sumus RUDOLFUM, CONRADUM, atque ALBERTUM Teccensium Ducum auctorem; his HUGONEM adjungo ex diplomate indicato a GUIL-
LIMANNO in Habsburg. *Lib. VI. p. m. 307. edit. 1696.* ubi ad annum MCLXXI. BERTHOLDI DUCIS fratres appellantur ADELBERTUS, & HUGO.

BERTHOLDUS V. (quem jam certum vidimus BER-
THOLDI IV. filium) cum titulo isto: *Dux & Rector Bur-*
gundiæ occurrit in chartis an. MCLXXVIII. & MCLXXXVII.
apud Cl. HERGOTT. *Geneal. Diplomat.* Tom. II. pag. 201.
& 202. Verum annis MCCX. & MCCXII. tantum *Dux de*
Zæringen in eodem Libro legitur. Regem Romanorum a
nonnullis Principibus designatum fuisse BERTHOLDUM V,
fidem præter alias facit CONRADUS de Castib[us] Monast. S.
Galli, Cap. VII. pag. 79. *Scriptor. verum Aleman. editi per Illust.*
Senkenbergium. Obitum Bertholdi V, Zæringensium Ducum
lineæ rectæ postremi, ita adscripsere *Annales Colmarienses*, *Urslii*
Parte II. p. 5: „Anno MCCXVIII. Dux Zæringiae Bertholdus obiit.

Conjugem eidem, PISTORII fide, attribuo IDAM, Matthæi Comitis Flandriæ filiam, e qua filoli duo nati sunt FRIDERICUS & BERTHOLDUS, in tenera ætate vita functi. Nominat quoque PISTORIUS ambas BERTHOLDI V. sorores, AGNETEM & ANNAM, quarum priorem Comiti Huguenoni de Eura, seu Urach, alteram ANNAM Kiburgensi Comiti matrimonio junctas fuisse ALBERICUS *Monachus pag. 351.* perhibuit.

*Badens
Hermann.
Hermannus
Marchio.*

Transeamus jam ad genealogicum nexus Marchionum Badensium, cum Zæringensi stirpe, atque ad eorundem Marchionum brevem seriem, non integrum genealogiam, usque ad Rudolfum II, quem postremum inveneram *Marchionis Veronensis* titulo insignem. Ita *Hermannum*, Bertholdi I. Zæringensis, Ducisque Carinthiæ filium, ejusque Conjugem & filium unicum (Vide *Tabulam Genealogicam II.*) Ita nobis exponit BERTHOLDUS CONSTANTIENSIS *Urstifii Parte I.* pag. 345. „ Hermannus Marchio, filius Bertholdi Ducis „ Cluniaci, vitam Angelicam arripiens, perfectissime adhuc „ adolescens, uxore & unico filio, & omnibus, quæ posse „ derat, derelictis, vere Monachus migravit ad Dominum, „ VII. Calend. Maji.) Hæc ad annum MLXXIV. laudatus auctor, qui deinde ad annum MXCI. sequentia docet: „ Ju „ ditha piæ memoriæ Marchionissa, nobilis genere, sed nobi „ lior sanctitate, Uxor quondam Hermanni religiosissimi Mar „ chionis, migravit ad Dominum V. Kal. Octobr.)

Jam

Jam vero filium *Hermannii*, pii Marchionis, & Judithæ, *Hermannus II. vel I.* itidem *Hermannum* nomine fuisse, quem alii *Badensem* *Marchionem* primum, alii secundum dicunt, satis comprobatur ex iis documentis, ac diplomatibus, quæ **PFEFFINGERUS** in notis ad *Vitriarium* Tomo II. a pag. 656. &c. de isto, & consequentibus *Hermannis* solerter adduxit. *Hermannii* hujus II. di (aliis I. mi) filiam anonymam licet, eruimus e charta *Seccoviensis Canoniae* an. MCXLIX. in nostra Serie Ducum Carinthiæ illustrata, ubi *Hartmannus Marchio de Baden* memoratur diserte *Avunculus Henrici Duci Carinthiæ*. Quoniam hic *Hermannus* (II. vel I.) *Badensis*, anno MCXXX. obiisse a **PISTORIO** perhibetur, (ab *IRENICO* MCXXXVII.) atque *Udalrico I.* Duci Carinthiæ, filius *Henricus IV.* anno MCXLIII. circiter, in Ducatu Carinthiæ successit (uti alibi probatum est) consequens est: *Hermannus Badensis I.* (seu II.) filiam, *Udalrico I.* Duci conjugem obtigisse. Evidem **LAZIUS** hanc *Udalrici Carinthii Conjugem Agnetem* vocat. *Lib. VIII. de Migrat. Gent.* pag. m. 405. Sed magnopere vereor, ne *Ulrici* postremi ejus nominis Duci Carinthiæ uxorem, etiam *Agnetem*, itemque *Hermannus Badensis* filiam, cum hac nostra confuderit.

Conjugem *Hermannii* nostri *Juditham Badensem*, & heredem provinciæ *Badensis*, memorat documentum, quod apud laudatum **PFEFFINGERUM** refertur ad an. MCXXII. Indict. XV. XIII. Cal. Martii.

Hermannus II. vel III. & III. vel IV. Ex hoc altero Hermanno, alteraque *Juditha* natus fuit *Hermannus II. Badensis* (vel *III.*) cui uxorem tribuunt Genealogæ Recentiores apud **BUCELLINUM**, **PFEFFINGERUM**, & alios, Bertham Lotharingam; ejus Matrimonii fructus fuit *Hermannus III. (vel IV.)* quem *Marchionem Badensem*, legimus anno circiter **MCLXIII.** at *Marchionem Veronensem* documenta Annorum **MCLXXVII.** & **MCLXXXVI.** perhibent, uti Capite V. dicetur, ac etiam memoravimus suo loco.

Hermannus IV. vel V. Ex *Hermanno III. (vel IV.)* & *Bertha Palatina de Tübingen* (recentiorum fide hanc profero) tres prognatos fuisse filios **PISTORIUS** monet, in *Tabula Geneal. Comitum, seu Marchionum Hachbergenium, Scriptor. Tom. III. ad pag. 685.* videlicet: *Henricum*, *Hachbergenium Marchionum patrem*: *Hermannum IV. vel V. Badensium propagatorem*, & *Fridericum Badensem*. *Enim vero Hermannum, & Fridericum legimus etiam in diplomate Friderici II. Imperatoris an. MCCXVI. dato Heriboli V. Idus Maji, in quo nominantur: Hermannus Marchio de Baden, & Fridericus frater ejus.* Extat apud **LÜNIG Reichs-Archiv. Parte spec. Contin. II. XV. Absaz. IV. Abtheil. §. 36. pag. 357.** Ambo hi fratres eodem anno occurrunt in Chartis publicis apud **BECKMANNUM Histor. Annal. Parte II. Lib. IV. Cap. 2.** & apud **HUNDIUM Metrop. Salisb. Tom. II. pag. 592**, referente **PFEFFINGERO Tom II. p. 557.** Atque apud hunc Scriptorem porro *Hermannus Marchio de Baden* recurrat annis **MCCXVIII.** & **MCCXXVIII.** Idem denique

Her-

Hermannus Badensis Marchio (IV. vel V.) memoratur apud HUN-
DIUM GEWOLDI Metrop. Salisb. Tom. III. pag. 188. ad annum
MCCXXVI. *Hermannum* hunc obiisse anno MCCXLIII. atque
ex *Irmentrude*, Henrici Palatini filia, genuisse *Hermannum V.* seu
VI, *Rudolfum* item & *Elisabetham*, constat partim Recentiorum
fide, partim sequentibus e testimoniis.

De *Hermanno V.* vel *VI*, postea Austriæ Duce, deque *Hermannus*
V. vel VI. ejus filio *Friderico*, & filia *Agnete*, ac de uxore *Hermannii Ger-*
trude, & matre *Irmgarde*, seu *Irmentrude* ita egregie *Chronica*
Augustensis Freberi Tomo I. pag. 524. edente *Struvio*: „ Tunc
„ *Hermannus Marchio de Baden*, natus ex *Irmgarde*, sorore
„ *Dominae Agnetis Ducissæ Bavariæ* duxit in uxorem
„ *Gertrudem*, filiam Heinrici *Ducis*, qui fuerat frater *Fride-*
„ *rici Ducis* Austriæ qui (*Hermannus*) genuit filium
„ nomine *Fridericum*, & filiam nomine *Agnetem*, quæ *Ulrico*
„ *Duci Carinthiæ* postea copulatur.

Porro de *Irmgarde*, Henrici Palatini Rheni filia, Hen-
rici Leonis nepte, ac *Hermannii* (IV. vel V.) *Badensis Con-*
juge, diploma *Friderici II. Cæsar*, quo *Ducatum Brunsvicen-*
sem, ac *Luneburgensem* an. MCCXXXV. erigit, *apud Meibo-*
mium Tomo III. rerum German. pag. 207. ita habet: („ Ci-
„ vitatem insuper de *Brunsvic*, cuius medietatem proprie-
„ tatis *Dominii a Marchione de Baden* (*Hermanno*) &
„ reliquam medietatem a *Duce Bavariæ*, dilectis Principi-
„ bus nostris emimus, pro parte uxorum suarum, quæ
Chronol. P. II. F fue-

„ fuerunt quondam filiae Henrici de Brunsvic, Comitis Pa-
 „ latini Rheni, patrui dicti Ottonis)

*Hermannii
V. familia
& frater.* Quæ deinde ad Hermanni V. vel VI. Badeno-Austriaci annum nuptiarum MCCXLVIII. atque ad mortis añum MCCL, quæque ad Gertrudem Austriacam, conjugem, & ad Fridericum filium spectant, natum an. MCCXLIX, ac Neapoli occisum MCCLXVIII, vel sequente, aliaque de his ita accurate comprobata sunt in Annalibus Austriae R. P. SIGISMUNDI CALLES S. J. Parte II. Lib. VI. & VII. nihil ut istis a nobis addi posse videatur.

Quoniam Fridericus Badensis sine prole relictæ, & vero non dum ducta conjugæ extinctus fuit, Marchionum Badensium & Veronensium propagatio Rudolfo I. Hermanni V. vel VI. fratri debetur. Huic Rudolfo conjugem tribuunt Scriptores recentiores Cunigundem, Ottonis Comitis de Eberstein filiam. Filios hoc e matrimonio exortos, Hermannum VI. vel VII, Rudolfum II. & Hessonem, nominatos in diplomate Conradi III. Regis Romanorum, producemus Capite V. quo rejicimus omnia illa, quæ ad translatum a Carinthiæ Ducum familia in Badensem stirpem Veronæ Marchionatum, aut ejus titulos, ab Hermanno III. vel IV. ad Rudolfum II. usque pertinentia, e vetustis documentis eruere poteramus.

C A P V T III.

*De nonnullis Dubiis occurrentibus in Serie Ducum
Carinthiæ. Ad Tabulam III. Genealogicam.*

In Tabula III. Genealogica Muerzthalensium Comitum ex una, *De Engelbertis Lavandenibus* altera ex parte Comitum de Valle Lavanda, seu Spanheimensium, ac Ortenburgicam stirpem sistimus, quarum utraque Carinthiæ Duces suffecit. Quæ de priore stirpe dubia se offerunt, ea partim in Tentamine Genealogico de Comitibus Goritiæ, partim in Serie Ducum Carinthiæ illustrata dissolvere conati sumus. Alterius vero in prosapiæ Serie, nempe Comitum de Valle Lavanda, nonnulla se mihi obtulere, quæ præsente Capite majore in luce collocanda, quoad vires sine-rent, existimavi. Hic tamen Engelberti I. proles, & reliquum Genealogiæ proximæ ordinem omnem non discutiam, sed Capiti IV. seu sequenti pleraque reservo, in quo de Istriæ Principibus tractabitur.

Primus igitur nodus in præsenti dissuendus sumetur de Engelberto II, Marchione Istriæ, ac deinde Duce Carinthiæ ejus nominis unico, ac de ejus filio, Engelberto III; ambiguum enim est, uter horum Engelbertus, aut an alias fortasse eo nomine, Tusciæ Marchiam hac ætate obtinuerit, filiamque suam Theobaldo Campaniæ Comiti sponsam tradi-derit. Incomparabilis MABILLONIUS, editor & illustrator operum S. Bernhardi, in notis ad epistolam CXXX. Tomo I. p. 140.

primus mihi hoc injecit dubium : in eo solvendo ut ordine procedam , ante omnia ipsa S. BERNHARDI verba repræsen-
tabo , quæ ad Pisanos anno MCXXXIII. scripta , ita habent:
 „ *Commendo vobis Marcbionem Engelbertum , qui Domino Papæ*
 „ *(Innocentio II.) missus est in adjutorium , juvenis fortis &*
 „ *strenuus , & , si non fallor , fidelis.*

Engelber-
tus Marchio
Tusciae
quis?

Doctissimus MABILLONIUS Marchionem hunc Engel-
 bertum ipsum esse censet , cujus filia Theobaldo III , Blesensi
 Comiti , conjux obtigerat , teste scriptore vitæ S. Norberti , rebus
 gestis coævo . Porro de hac Theobaldi conjugæ , deque ejus
 nomine ita scribit ORDERICUS VITALIS Lib. XIII. Histor. Ec-
 cles. pag. 811. inter Scriptores Normanniae Andreæ Duchesne :
 „ *Mathildem vero , Ingelerti Ducis filiam , uxorem duxit Thed-*
 „ *baldus , sive Theobaldus III. de quo auctor hic agit . His*
 denique MABILLONIUS suam subjicit sententiam : „ *Engel-*
 „ *bertus porro , seu Ingelbertus , Dux erat Carinthiæ , Mar-*
 „ *chio Foro-Juliensis.*

Quod si temerarius non videar , qui hac saltem in re
 a tanto viro seorsum sentiam , dicam : *Engelbertum* , cujus fi-
 lia Mathildis Theobaldo III. Comiti Blesensi nupsit , alium
 omnino videri ab *Engelberto Marchione Tusciae* , de quo S. BERN-
 HARDUS , & MABILLONIUS mentionem fecere . Tria enim
 vero eidem *Engelberto* hic tribui videntur a MABILLONIO ,
 I^{num} : eundem *Tusciae* dici Marchionem anno MCXXXIII.
 II^{dum} : Patrem fuisse Mathildis , Conjugis Theobaldi III.

III^{ciam}:

III^{tiom}: Carinthiæ quoque Ducem , ac Marchionem Foro-Juliensem eundem *Engelbertum* compellari. De eo non litigo, quid nomine *Marchionis Foro-Julensis* isthic veniat, minus hac ætate usitato ; satis est, Carinthiæ Ducatui Veronensem, & Aquilejensem Marchiam illam hoc etiam tempore, istam olim, & ex parte tum quoque, obnoxiam, aut connexam fuisse.

Mihi rem hanc expendenti , tres hujus ætatis , vel *Engelberti*
quatuor *Engelberti* se obtulere , nempe duo ex Comitibus de ^{bac atate}_{varii}.
Valle Lavanda in *Tabula Genealogica III. Engelbertus II. Marchio* primum, dein *Dux Carinthiæ*, tum ejus filius *Engelbertus III. Marchio* : *Engelbertus* alter *Kreiburgensis Marchio*, ac denique *Engelbertus Comes Goritiæ*, seu primus ejus nominis, seu secundus. Ut porro facilius dispicere quisque pos- sit, cuinam ex his *Engelbertis* ea convenient, quæ de *Engelberto Tusciae Marchione* prodita tenemus, cum hujus, tum prædictorum *Engelbertorum* conferenda sunt tempora, quod hacce Tabella præstare conabor.

MCXXXIII. Pisanis commendatur juvenis *Engelbertus a S. Engelbertus Marchio Tusciae*
BERNHARDO Epistola 130.

MCXXXIV. Idem Pisani inauguratur Marchio *Tusciae*. *Chro- nica Pisana* , *Muratorii Script. Ital. Tomo VI.*
pag. 170.

MCXXXV. Idem *Engelbertus a Lucanis* vicitus , Pisani fugit lacrymans. *Chronica Pisana ibidem.*

MCXXXVII. Idem ab Henrico Duce Bavariæ adjutus Tusciam recuperat. ANNALISTA SAXO ad hunc annum, Eccardi Corp. hist. Tom. I. pag. 674. 676.

- | | | |
|---|--|---|
| <i>Engelber-</i>
<i>tus II. Com.</i>
<i>de Valle</i>
<i>Lavanda.</i> | MCXXVIII. Circiter, Marchio Istriæ.
MCXXX. Idem Dux Carinthiæ factus.
MCXXXV. Circiter, decedit Ducatu. | <i>Nostra Series</i>
<i>Ducum Carinthiæ</i>
<i>illustrata. &</i>
<i>Cap. IV.</i> |
| <i>Engelber-</i>
<i>tus III.</i>
<i>Comes de</i>
<i>Valle La-</i>
<i>vanda.</i> | MCXXX. Marchio comparet, cum Engelberto Duce.
MCXXXVIII. & MCXLVII. Legitur Marchio.
MCXLVI. Legitur: <i>Marchio de Istria.</i> & MCXLVII.
<i>Marchio tantum.</i> | |
-
- | | | |
|---|--|--|
| <i>Engelb. I.</i>
<i>Comes</i>
<i>Goritiæ.</i> | MCLVI. { Idem (ut arbitror) legitur, & certius
MCLXVI. { <i>Marchio Istriæ.</i> | <i>Ibidem</i>
<i>&</i>
<i>Cap. IV.</i> |
| <i>Engelb. II.</i>
<i>Comes</i>
<i>Goritiæ.</i> | MCXLVI. & MCL. tantum Comes occurrit: obiit circa 1187.
<i>Ibidem</i> pag. 91. &c. | |
-
- | | |
|---|--|
| <i>Engelber-</i>
<i>tus Mar-</i>
<i>chio de</i>
<i>Kreiburg.</i> | MCLXX. Legitur testis in diplomate Friderici I. Imperatoris. <i>Diplomataria sacra Ducatus Styriae</i> P. II.
<i>pag. 279.</i> |
|---|--|
-
- Hos Engelbertos dum inter se contendο, unicūm vi-
deo fuisse Carinthiæ Duce, Engelbertum II. e stirpe Comitum
de Valle Lavanda. Hunc nequaquam Tuscæ Marchionem il-
lum fuisse credo, qui iisdem annis Marchio duntaxat renun-
ciatus, & ab Historicis, aliisque Scriptoribus appellatus fuit,
qui-

quibus *Engelbertus Lavandensis* *Ducatu Carinthiae* potiebatur ; neque enim titulus *Ducis* semper omissus fuisset , si idem jam antea *Dux* , anno MCXXXIV. *Tusciae* Marchio institutus fuisset. Neque vero e Goritianis duobus *Engelbertis* unum *Tusciae* Marchiam obtinuisse credo ; quod *Engelberti Goritiani* non nisi *Comites* in documentis publicis , nunquam *Marchiones* salutentur. *Kreiburgensis* Marchio *Engelbertus* , quem ego in Bavaria potius , quam Crainburgi in Carniola statuendum censeo , nimium ferò occurrere videtur anno MCLXX ; fateor tamen , nihil obstare huic sententiæ , si *Engelbertus Tusciae* Marchio senium attigit , qui anno MCXXXIII. *Juvenis* vocatur.

Verum enim vero mihi quidem *Engelbertus III.* e stirpe Comitum Lavandensium , is esse videtur , qui commodissime Marchio *Tusciae* Anno MCXXXIV. fieri poterat ; eundem quippe *Marchionem* tantum (omisso , ut sæpe fiebat , Marchiæ nomine) & ante , & post eum annum compellatum tenemus , qui antea Marchiam Istriam , & postea quoque , obtinisset. Atque hunc *Engelbertum* a S. Bernardo commendatum Pisanis fuisse eo credibilius puto ; quod *Mathildis* , Theobaldi Comitis Blesensis uxor , hujus *Engelberti III.* foror , atque adeo *Engelberti II.* filia fuerit. Manifestum id esse puto e verbis coævi Scriptoris ORDERICI VITALIS , paullo ante relatis , quæ *Mathildem* , *Ingelberti Ducis filiam* , Theobaldi fuisse Conjugem diserte docent. Dux vero *Engelbertus* , in Germania , hac ætate , alius nemo fuit , nisi

Engelbertus II, Lavandensis stirpis, Dux Carinthiae. Attamen hunc eundem Engelbertum II, patrem sponsæ Theobaldi III, etiam recte Marchionem, qualis antea fuit, vocat Biographus S. Norberti, cuius verba, ex *Actis SS. Bollandianis* Tomo I. *Junii die VI. pag. 842*, magnæ auctoritatis, quia Scriptoris coævi, ita habent: „*Assumptis itaque Legatis Comitis (Theobaldi III, cui nuptias suaferat S. Norbertus) usque Ratisponam secum perduxit Norbertus; erat enim Episcopus ejus civitatis nobilissimæ progeniei, & habebat fratrem potentissimum, Engelbertum videlicet Marchionem, cui erant nubilis ætatis filiiæ, e quibus una quæsita Comiti Theobaldo, conjugio concessa est danda.*

Episcopum Ratisbonensem, fratrem Engelberti II, Marchionis antea, dein Ducis, recte notæ Bollandianorum vocant Hartvicum, sed non recte addunt: filium Engelberti Ducis Carinthiorum eundem fuisse. Nam Hartvicus I. Ratisbonensis ab anno MCX. ad MCXXVI, quo obiit, Ratisbonæ Episcopium tenuit, teste ANDREA PRESBYTERO Bern. Pez. Thesauri anecd. Tomo IV. pag. 509. &c. Partis III. Ea vero ætas Engelberti II. solius Ducis, fratri, non filio, congruit, uti ex Tabula Genealogica III. liquet.

Et vero Hartvicum I. Ratisbonensem Præsulem e stirpe Sponheimensium Ortenburgiorum (ita Comites de Valle Lavanda appellati sunt) ortum fuisse, consentiunt AVENTINUS, HUNDIUS, aliquique eruditæ Recentiores. Illud ego negare

gare nolim, etiam *Hartvicum II.* Ratisbonensem Præfulem ad Ortenburgicam Prosapiam illam referendum esse, uti afferunt **HASELBACHIUS**, & **AVENTINUS**, qui *Hartvicum II.* Engelberti *II.* filium faciunt. Certum tamen est, cum *Hartvico II.* Episcopo agere de nuptiis Theobaldi Comitis non potuisse Sanctum Norbertum; *Hartvicus* enim secundus Ratisbonensem Cathedram concendit an. MCLV, Sanctus vero Norbertus ad superos abiit anno MCXXXIV, die VI. Junii, quorum alterum ex *Andrea Ratisbonensi* pag. 518. alterum ex *Biographo* laudato edocemur.

Itaque ex collatis inter se hactenus Scriptorum coæ-
vorum, aliorumque testimoniis satis certo conficitur I^{mo}: *En-*
gelbertum II. e Comitibus de Lavanda Valle, seu Ortenbur-
giis, Marchionem antea, deinde Ducem, fratrem fuisse *Hart-*
vici I. Ratisbonensis, & una patrem *Mathildis*, conjugio jun-
ctæ Theobaldo III. Blesensium Comiti. Ex quo II.^{do} conse-
quitur *Engelbertum Tusciæ* Marchionem, non esse eundem
cum hoc nostro Engelberto II; quia Tuscus ille an. MCXXXIII.
appellatur *Juvenis* a S. Bernardo: at *Engelbertus*, Theobaldi
focer, jam anno MCXXVI. (quo *Hartvicus I.* obiit) nubiles
filias, una plures habuerat. III^{to}: *Engelbertus III.* Lavan-
densis, potuit is esse, qui *Tusciæ* Marchiam an. MCXXXIV.
ac deinceps aliquot annis obtinuit, atque probabilius certe,
quam vel *Engelberti* duo Goritiæ Comites, vel *Engelbertus*
Marchio de Kraiburg. Attamen nihil obstat, quin aliis deni-

que *Engelbertus Tuscæ Marchio renunciatus sit*, qui neque Marchio Forojuliensis, neque Marchio Carinthiæ, aut Kraiburgi, minus autem Dux Carinthiæ fuerit; cui tamen *Mathildis illa attribui filia nequiret*, & quæ Theobaldo III. Comiti, jam anno MCXXVI. aut antea nubilis, in manus convenit.

Engelberti Ducis qui filii? Alterum jam aggrediamur dubium de filiis *Engelberti II.* in *Tabula Genealogica III.* Viri doctissimi, deque rebus Carinthiacis optime meriti, *Engelberto II.*, seu *Duci ejus nominis unico*, assignant filios, quos ego eidem nepotes tribuo, videlicet *Henricum*, *Udalricum*, & *Hermannum*; ego vero *Engelberti II.* filios statuo: *Engelbertum III.* Marchionem, *Udalricum I.*, *Hartvicum II.* Ratisbonensem Episcopum, & *Rapotonem* Comitem, atque priori demum *Udalrico* filios adstituo tres illos: *Henricum*, *Udalricum II.* & *Hermannum*.

Evidem perspicuum hujus ordinis Genealogici testimonium antiquius non suppetit, quam **HASELBACHII**, & **AVENTINI**, quorum loca indicabo *Capite IV.* Attamen horum vicem egregie explet diplomata, quæ recensui in *Serie Diplomatibus illustrata* ad Annum MCXXXV. & sequentes. Videlicet anno MCXXXV. legitur *Udalricus Dux*, filius *Engelberti Ducis*; quod vel a patre Duce collega assumptus esset filius, vel quod *Engelbertus* pater hoc, aut præcedente anno se Ducatu Carinthiæ abdicans, sacram solitudinem petierit, filio *Udalrico* Principatum tradens, quod ego verosimilius puto. Est quippe res mihi propemodum certa, duos simul,

simul, pluresve Carinthiæ Duces ante Meinhardi Tyrolensis filios vix unquam fuisse, si unum fortasse *Hermannum* excipias, uno alterove ante obitum patris anno ducali titulo ab exteris honoratum. Prædicto in diplomate *Udalricus Dux*, filius *Engelberti Ducis* appellatur, quod *Udalricus* reapse *Dux*, *Engelbertus* vero relicto recens & sponte *Ducatu*, eo titulo tamen a filio appellandus videretur.

Subinde ad annum MCXXXVIII. solus, & sine mentione patris legitur: *Udalricus Dux Carinthiæ*, atque eosdem ^{*Udalrici*} ^{duo probe} *distinguendi*. inter testes priore loco nominatur: *Engelbertus Marchio*, quem ego idcirco *Udalrico Duci* præpositum autumo, quod *Engelbertus* ætate major esset fratre *Udalrico*; neque vero novum istud est: Marchiones ante Duces in testium ordine collocari. Postremo *Udalricus Dux*, solus comparet in charta anni MCXLII. At enim anno MCXLIV. in charta Chunradi Salisburgensis, alia sese offert *Udalrici Carinthii* mentio, nempe: *Henricus Dux Carinthiæ*, & frater ejus *Udalrich*. Hic profecto *Udalricus*, qui non *Dux*, sed *frater Ducis* tantum salutatur, aliis esse debet ab illo *Udalrico*, qui iam annis MCXXXV. MCXXXVIII. & XLIII. solus *Dux*, sine ulla *Henrici* mentione compellabatur. Atque hoc est, quod me ad HASELBACHII, atque AVENTINI sententiam adoptandam impulit, cum quorum Genealogia, duos deinceps *Udalricos*, *Ducem* unum, alterum fatrem *Ducis* statuente, diplomata egregie consentiantur. Sane similia exempla, ubi filius etiam *Ducis Carin-*

thiæ , etsi adultus jam , & negotiis gerendis adhibitus , non nisi *Filius Ducus* , vel *Heres Ducus* scribitur , producta sunt in nostra Serie *Ducum Carinthiæ illustrata* , de *Ulrico III.* & ultimo ejus nominis Duce , ad annos MCCLI. & reliquos , quando vivo patre *Bernardo Duce* in diplomatibus *filius Ulricus* memorabatur.

*Non fuere
duo has ata-
te simul
Duces Ca-
rinthiæ.*

Quod ex diplomate Friderici I. Cæs. ad an. MCLIII. objici posset , duos simul fratres Duces Carinthiæ fuisse , cum illic legatur *Othelricus Dux Carinthiæ* , fueritque eo tempore *Henricus* indubius *Dux Carinthiæ* ; id jam in nostra Serie *Ducum illustrata* , elevare contendimus . Suspicamur enim haud sine ratione , mendum in vocabulo illo cubare , ac rescribendum esse : *Henricus* loco : *Othelricus* ; quia nuspian *Othelricus* in diplomatibus Dux Carinthiæ , sed *Udalricus* , *Ulricus* , aut *Odalricus* invenitur . Si *Othelricus* recte scriptum velis , dicam , loco *Othelricus Dux* reponendum videri : *Othelricus frater Ducus* . Neque infrequens id est , mutari in apographis nomina , aut male aliqua omitti . En exempla ! etiam de ipsorum Carinthiæ *Ducum* vocabulis , quæ in vulgatis diplomatum apographis leguntur . Apud **HUNDIUM GEWOLDI Metrop. Salisburg.** Tom. I. pag. m. 110. Anno MCCXXX. loco : *Bernhardus* , legitur : *Bertholdus Dux Carinthiæ* ; eo enim anno jam Bertholdorum Zæringensium nemo supererat , certumque tunc , ac solum Carinthiæ Ducem *Bernhardum* fuisse , nemo dubitat . In *Chronica Augustensi* , apud *Freberum* , in celebri privilegio , Au-

stria-

striacis dato a Friderico I. anno MCLVI. vitiose habetur : *Hermannus Dux Carinthiae*, loco : *Henricus Dux Carinthiae*, uti in ipso Autographo vidi in Tabulario Austriaco Vindobonæ. In eodem apographo Freheriano : *Albertus de Baden* scriptum habetur, cum sit in autographo : *Adalbertus de Staden*.

Tertii materiem dubii subministrat annus obitus *Ulrichi III.* (seu IV.) Ducis Carinthiaæ eo nomine postremi ; neque enim ita certus est annus mortis hujus *Ulrici MCCLXIX.* quin obmoveri argumenta pro anno sequente MCCLXX. satis plausibilia possint. Evidem Synchroni, & pene præsentis auctoris JULIANI, in Chronico Forojuliensi, quod in Serie illustrata retuli, magni momenti testimonium habemus pro anno MCCLXIX, dieque XXVII. Octobris obitus Ulrici Ducis. Suffragatur porro diei huic *Necrologium Cartusiæ Sezensis*, e Schedis Puschianis a me publicatum, Parte II. Diplomatar. *S. Ducatus Styriae sub finem*, ubi dies anniversaria Ulrici Ducis adnotata est XXVI. Octobris. Accedit etiam testimonium HENRICI STERONIS Freberi Tomo I. itemque PALTRAMI in Chronico Austriaco Hieron. Pez. Tomo I. qui ad an. MCCLXIX. Ulrici Ducis decesum consignarunt. Quin anno jam præcedente MCCLXVIII. *Ulricum* obiisse, perhibent : ANONYMUS LEOBIENSIS, ejusque Gemellus Continuator Martini Poloni, qui quidem ambo certo errant, literis *Ulrici* ipsius refragantibus, quas in Serie illustrata memoravimus. His accedunt literæ, nuper ex illustris Cœnobii S. Lamberti Tabulario mihi submis-

ſæ , queis : „ Ulricus DEI gratia Dux Carinthiæ , Domi-
 „ nus Carnioliae , fatetur ſe largiri aliqua , pro compen-
 „ ſatione damnorum , quæ ipſe olim Eccleſiæ & Cœnobio
 „ S. Lamberti intulerat , cum per Bavariam iter ageret , ut
 „ fratri Philippo , electo Salzburgensi , auxiliares copias ad-
 „ duceret . Datum in Villa Trudendorf circa Gravenstein ,
 „ Anno Domini Millesimo ducentesimo sexagesimo nono ,
 „ V. Calend. Junii , Indictione duodecima .

*Pro anno
1270. ar-
gumenta.*

Jam vero Annum MCCLXX. morti *Ulrici Ducis*
 diserte assignant *Chronica duo , Australe , Freberi Tomo I. & Clau-
 ſiro-Neoburgense , Hier. Pez. Tomo I.* His pondus haud leve ac-
 cedit e duobus diplomatibus Ottokari Bohemiæ Regis , designa-
 tique ab *Ulrico Duce , Carinthiæ heredis , quæ ex autographo*
 publici juris fecit R. P. BERN. PEZ. *Codicis diplomatici Epistol.*
P. II. N. CCVIII. & CCVII. pag. 117. &c. Prius diploma ita
 orditur : „ Nos Ottokarus DEI gratia Rex Boëmiae , Dux Austriae ,
 „ Styriae , & Marchio Moraviae Datum Laa , Anno Domini
 „ Millesimo ducentesimo septuagesimo , IV. Idus Januarii .) Isthic
 non adest titulus *Ducis Carinthiæ* . Sed posterius diploma ita ha-
 bet : „ Nos Ottokarus DEI gratia Boëmiae Rex , Dux Austriae , Sty-
 „ riæ , & Karinthiæ , Marchioque Moraviae , Dominus Carniolæ Mar-
 „ chiæ , & Egræ Actum & Datum Pragæ Anno Domini
 „ MCCLXX. II. Idus Martii . Quod si *Ulricus* exeunte Octo-
 bri anni MCCLXIX. extinctus fuisset , id profecto ante anni
 hujus finem perlatum fuisset ad Ottokarum Regem , cuius id
 nosſe

nosse plurimum intererat. Quod si id innotuit Ottokaro, cur idem se die nona Januarii nondum *Carinthia Ducem* scripsit, quod tamen fecit circa medium Mensis Martii? Videtur sane inde deduci posse, anno demum ineunte MCCLXX. Ulricum obiisse.

Attamen **JULIANI** auctoritas, seriesque rerum ab eo-
dem enarratarum facit, ut eidem assentiri malim; quando pro <sup>Pro anno
obitus
1269. po-
tior ratio.</sup>
Octobri Mense, quo *Ulricus* decesserit, etiam *vetus Necrologium* pu-
gnat, atque an. MCCLXIX. duo vel tres alii confirmant Chro-
nographi. Potest etiam excogitari causa, quamobrem in priore
diplomate Ottokari Ducis Carinthiae sit prætermisus titulus,
seu Philippus Ulrici extincti frater, Ducatum captans, mortem
fratris aliquamdiu occultandam curarit, sive deliberarit initio
Ottokarus de ampliandis titulis, dum rem obtineret: sive Can-
cellarii, Scribæve negligentia, sive demum aliud aliquid, uti
facile contingit, intervenerit. Annum itaque MCCLXIX.
probabilius, præ sequente, morti *Ulrici III. vel IV.* Carinthiae
Ducis adscribi posse, comparatis omnibus constituo. Minora
quædam dubia, Carinthia Ducum successionem, aut genealo-
gicas, aliasque quæstiones implicantia, in ipsa nostra *Serie Du-
cum Carinthia illustrata*, aut in *Capitibus præcedentibus*
dissolvere studuimus, aut in sequentibus id
præstare conabimur.

C A P V T . IV.

*De Marchionibus, aut Comitibus Istriæ, deque Du-
cibus Meraniis. Ad Tabulam III. & IV. Genealogicam.*

*Vetusiora
Istriæ præ-
termittun-
tur.*

Istriæ Marchiones ab eo duntaxat tempore ad instituti nostri rationem illustrandos suscepimus, quo divisa fuit a Ba-
joariæ Ducatu, Carinthia, suo etiam Duce honorata, id quod
DCCCCLXXVI. evenisse, *Capite I.* evincere contendimus. Ve-
tustiores itaque Istriæ Duces, ac Marchiones, sub Carolo
Magno renunciatos prætero, *Johannem* certum, sed *Marca-
rium* dubium Ducem: *Ericum* item, seu *Hericum*, vel *Henricum*,
virum fortem, qui *Cadolaum* circa annum DCCCI. succe-
forem nactus est, sub Carolo Magno, & Pipino Italiæ Rege.
Pipinus vero vietiis an. DCCCX. classe Græcis, atque Vene-
tis, Istriæ Dominatum sibi stabilivit, aut ampliavit. *Win-
tierium* quoque, seu *Winticherium*, Marchionem Istriæ omittimus,
qui anno CMXXXIII. sub Hugone Italiæ Rege, ejusque fi-
lio Lothario constitutus, pacem cum Venetis inivit, qua de
re tabulæ memorabiles exhibentur apud **Ughellum Ital.**
Sacræ Tom. V. edit. Venetæ pag. 229. & 230. Atque per id
tempus Justinopolim, celebrem Istriæ Urbem, fœderatam
fuisse, & cuidam censui obnoxiam Venetis, ac sub Petro
Candiano seu Sanuto Duce, eisdem se adjunxisse, perhibet
Dandulus in *Chronico Lib. VIII. Cap. X. Parte V. pag. 202.*
Muratorii Script. Ital. Tom. XII.

Ex prædictis colligimus: Istriæ Marchiam, ejusque *Istria sub Italiae Regibus.* Duces aut Marchiones Imperatori, aut Italiæ Regibus sæculo IX. ac X. obnoxios fuisse, ac nominatim post Carolingos Berengario I, Hugoni, Lothario, & Berengario II. Veneti quoque jam Istriæ littora tentare, sibique Istrianorum animos adjungere, ubi ubi se daret occasio, non omisere. Plura de antiquis illis Istriæ, & Forojulii Marchionibus invenire licet in præstantissimo opere R. P. Jo. FRANCISCI MARIAE DE RUBEIS *Commentar. Aquil.* ubi sub finem eorundem Marchionum Catalogum exhibet.

Subinde an. DCCCCXLVIII. *Henricus I. Bajoariæ, Caren-* *Henricus I. Dux Ba-*
tanique Dux, Aquilejam cum Foro julio Berengario II. Italiæ *joariæ, &*
Regi eruptam Ottoni I. Cæsari fratri suo afferuit: eamque *Istriam na-*
victoriam Ludolfus, itidem Ottonis I. filius, conciliatis Ita-*ctus.*
lorum animis, constabilivit anno CMLI. Denique Otto
I. Henrico I. fratri, Ducique Bajoariæ anno CMLII. Aqui-
lejensem, ac Veronensem Marchas regendas commisit, re-
liqua Italia Berengario II. permissa. Hæc certa tenemus, &
jam ab aliis egregie comprobata: e quibus, si locorum situm
consideremus, illud ultro consequitur, Istriam quoque, cum
Aquilejana Marcha, ab Italia reliqua avulsam, Carentanoque
adhærentem, Henrico I. Duci quadam ratione fuisse obnoxiam.

Jam vero Bajoariæ amplissimo Ducatu, in duos, nempe
Bajoariæ, & Carinthiæ, an. DCCCCLXXVI. diviso, Henrico I.
Carentanorum Duci Istriæ quoque Marchia, cum Aquileja-

na, seu Forojuliensi concredita fuit, uti sequentia commonstrabunt. Illud universē, pro sāculo saltem hoc post Christum nono, duobusque deinceps, dictum pro Germania velim, Marchias, & Comitatus plerosque, tametsi Ducatui aliqui contributos, eorumque rectores, Regi aut Imperatori, non Duci, obnoxios fuisse, nisi quādam belli tempore præstanta excipias, quibus tamen ipsis imperio aut regno, non ipsi Duci, obsequium exhibebatur. Interdum tamen & Duces Marchiam territorii sui ipsimet administrabant, uti de Marchia Istriæ, & Veronensi deinceps videbimus.

Henricus I. Dux Carentani & Istriæ. Ottonem II. Augustum in Istria supremum exercuisse jure suo dominium, eamque ad Carentanum Ducatum tum spectasse, probat documentum ejusdem Imperatoris, quo Rodoaldo Patriarchæ Aquilejensi donat locum dictum Insula, in Istria, intercessione Henrici Duce Karentanorum, anno DCCCCLXXVII. **Ughellus Ital. Sac. Tomo V. pag.**

46. & 47.

Weribent Comes Istriorum. Sub Ottone III. Rege, & Henrico I. iterum Duce, ad annum DCCCCXC. legitur: *Dominus Hueribent* (seu *Weribent*) Histriensium Comes, pro Tribunali sedens, in Parenensis tabulis, relatis apud **Ughellum Tom. X. in addendis ad Ital. Sacr. pag. 313.**

Haud ita multo post, Petrum Urseolum Venetiarum Ducem, (qui Dalmatiæ littora quādam circa annum nongentesimum nonagesimum octavum occuparat) cum classe in Istriam appulsum,

Epi-

Episcopi ejus Regionis duo , Polensis & Parentinus , multo cum honore suscepere. Testis ejus rei est **DANDULUS Chro-nici Lib. IX. Cap. I. Parte XV. & XVII. Muratorii Tomo XII. Script. Italæ.** Attamen nihil hic de occupata quadam Istriæ parte commemoratur a Dandulo.

De *Weribent* , seu *Hueribent* , Comite Istriæ , paullo ante ad an. CMXC. indicato, dubium est, sitne idem cum *Va-riento* Comite Forijulii , qui in diplomate Conradi II. Cæ-saris an. MXXVIII. ita sistitur ; „ *Quandam silvam in Pago Forojulii in Comitatu Varienti Comitis.* Apud **RUBEIS Mo-num. Aquil.** pag. 503. Porro ibidem pag. 491. ad an. Millesi-mum occurrit *Weriben Comes* , medietate locorum Silkano & Goritiæ donatus , qui omnino cum *Hueribent* Istriano idem fuisse videtur.

Istriam interdum , aut ipsos Duces Carinthiæ per se *Adalbero Dux Ca-rinthianorum* , seu *Istrianorum* administrasse , aut certe Carentanos populos cum Istrianis ar-ete connexos fuisse docet nos **WIPPO** , *Pistorii Tomo III. pag. 435.* post annum MXXVII. sequentia : „ *Paullo post Adalbe-ro Dux Histrianorum* , sive *Carintanorum* , reus *Majestatis vi-citus ab Imperatore* , cum filiis exulatus est , *Ducatum ejus iste Chuono* (Patruelis Conradi II. Imperatoris) ab Imperato-re accepit.

De eodem Adalberone Duce similia fere prodidit **HER-MANNUS CONTRACTUS** ad an. MXXXV. : „ *Adalbero Dux Carentani & Istriæ....*) Ac mox idem Auctor , ad an. se-

„ quentem MXXXVI. ita : „ *Conradus patruelis Imperatoris*
 „ (*Conradi II.*) *patris sui Conradi Ducatum in Carentano, & Istria,*
 „ *quem Adalbero habuerat, ab Imperatore susceperebat.*

Comites
Istriae.

Nihil tamen ista obsunt, quin præter Carinthiæ Duci-
 ces hac ætate etiam Comites, aut Marchiones in Istria mu-
 nus suum exercuerint. Fragmenta quædam Istrianorum do-
 cumentorum protulit R.P. RUBEIS *Monum. Aquil.* p. 535. &c.
 quæ *Vecellinum Comitem*, filiamque ejus *Azzicam*, eandemque
Ulrici Comitis matrem, atque *Udalricum*, *Udalrici filium*, com-
 memorant. En fragmenti unius verba, quibus tamen adscri-
 ptæ temporum notæ dubiæ sunt, & inter se minus aptæ,
 nempe annus Christi MXL. & Indictio XIV. cum anno VI.
 regni Henrici; verba ita habent : „ *Qualiter illustris Azzica*
 „ *solius nobilitatis compos, patre Vecellino, & Vilpurga nobilissima*
 „ *matre, Istriensem quondam Comite, & Comitissa procreata.....*
 „ *Dat igitur predicta Domina Azzica, consensu Dominæ Vilpur-*
 „ *gæ Matris suæ, adbuc viventis, & consensu Domini Udalrici,*
 „ *filii sui)*

Udalricus
Marchio
Istriae annis
incertis.

In alio fragmento se offert ad an. MXIV. *Udalricus*
Marchio Istriae. Item ad an. MLX. „ *Privilegium Henrici Regis*
 „ *de XX. Massariciis datis Vodalrico Marchioni in certis locis*
 „ *Istriae.* Attamen hos annorum numeros vitiosos esse mo-
 nuit doctissimus P. RUBEIS, iisque magis etiam suspectas
 notas temporis, quas exhibet : „ *Donatio Sancti Syri facta*
 „ *per Voldaricum Marchionem Istriae, Ecclesiæ Aquilejensi anno*
 „ *MCI.*

,, MCL. Indict. XIII.) Denique sine anni Charactere documentum indicatur ita: „ *Instrumentum donationis factæ de Castro Portulensi Aquilejensi Ecclesiae, per Dominum Voldaricum, filium Voldarici Marchionis.* „

Hisce incertorum annorum *Udalricis Istrianis*, certiorum aliquem *Udalricum Marchionem* invenio apud R. P. MEI-<sup>*Udalricus
Marchio
Istriae 1067.*</sup> CHELBECK *Historiae Frising.* Tomo I. Parte I. pag. 261. in Charta, qua Henricus IV. Cæsar quædam largitur, quorum locorum nomina sunt: „ *Cubida, Lounca, Ozpe, Razari, Tru-*
 „ *sculo, Steina, Sachte Petre, in Pago Istria, in Marcha Udal-*
 „ *rici Marchionis Datum anno Incarnat. Dominicæ MLXVII.*
 „ *Indict. V. &c.)* Horum locorum saltem aliqua sunt in ho-
 dierna Carniola; quare aut Carniolæ pars olim Istriæ conju-
 ðta, aut unus utriusque provinciæ Marchio præfuisse videtur.

Udalrici duo, vel tres, deinceps hac ætate Istriæ Mar-<sup>*Udalrici
varii, ac du-*</sup> chi-Comites, anne iidem sint cum duobus *Udalricis*, *Carin-*
bia de his. *thiæ Marchione uno, altero Comite:* filio Popponis priore Udal-
 rico, & Wilhelmi de Wimmar nepote, decidere certo non
 ausim, etsi tempora congruere videantur. Attamen mallem
 alios Udalricos Istrianos, ab *Udalrico Marchione Carinthiæ*, con-
 stituere; qua de re alibi disceptaveram in libello: *Genealo-*
gia Sounekiorum Celejæ Comitum, & Comitum de Heunburg
specimina duo a pag. 14. ad 29. Aliqua etiam attingentur
 inferius Capite IX. de *Marchiæ Carentanæ, seu Styriæ vetustis*
Principibus.

Patriarchæ
Aquilejæ in
Istriam Jus
accipiunt.

Annus MLXXVII. aliquam Istriæ mutationem intulit, dum Henricus IV. Imper. binis diplomatibus (quæ refert **UGHELLUS Ital. S. Tom. V. pag. 58.**) confert Carniolam & Istriam Sigehardo Patriarchæ Aquilejæ; atque Cæsar Comitatum Istriæ (Patriarchæ & Ecclesiæ) perpetua proprietate dicat, ea quidem ratione, ut idem præfatus Patriarcha Sigeando liberam potestatem habeat eundem Comitatum possidendi, obtinendi, vel cuicunque velit, dandi. Ita habent diplomatis verba. Comitatum isthic Marchiam Istriæ appellari non dubito. *Anonymus Leobiensis* hæc ad an. MLXX. enarrat; sed annorum ratio apud eundem sæpe sibi non constat, aut prima designatio hujus donationis fortasse anno MLXX. contigerat.

*Sed non
illico pos-
fident.*

Attamen Possessionem Istriæ adiisse anno MLXXVII. nondum videtur Patriarcha; seu obnitentibus Marquardo, & Luitoldo Carinthiæ Ducibus, atque Henrico, Luitoldi fratre: siue ultro cedente, aut conferente Istriam Sigehardo ipsi Henrico, qui alioqui etiam Henrici IV. partes cum Luitoldo Duce sequebatur.

*Henricus
Eppenstei-
nus Mar-
shio Istriæ.
1077.*

Sane eodem circiter anno MLXXVII. (rem ita, uti suspicor, conciliante Imperatore Henrico IV.) Henrico, fratri Luitoldi Ducis Carinthiæ, Istriam concessam fuisse testatur *Monachus S. Galli Burkardus, de casibus Monast. Cap. VII. pag. 73. Goldasti Script. Aleman. editio 1730.* his verbis: „Quia „suns frater (Udalrici subinde Patriarchæ) Luitoldus aliqua „sui juris (Bertholdi I. Zæringensis) ut sibi visum est, sci- „licet

„ licet Ducatum Carinthiæ , concessione regia obtinuit , & alter
 „ ejus frater (Henricus, Luitoldi) Marchiam Istriam sub ea-
 „ dem concessione possedit .) Luitoldi Ducatus initium anno
 MLXXVII. congruere , ostendimus in Serie Ducum Carinthiæ
 illustrata ; ibidem diximus : prolatum a R. P. RUBEIS Mo-
 num. Aquil. p. 537 , omni omnino dubio non carere diploma ,
 quo Henricus IV. Cæsar Comitatum Forijulii , & Luzzani-
 gam donat Sigehardo Patriarchæ Actum Papiae MLXXVII...
 sine die. Attamen Forijulii possessionem antea captam fuisse
 arbitror , circa hæc tempora , a Patriarchis Aquilejæ , quam
 Limitaneæ Istrianorum Provinciæ , etsi jura in utramque eo-
 dem anno quam proxime collata videantur.

Henricus, Istriæ Marchio, Luitoldi Ducis frater, eidem
 in Ducatu successit anno MXC. vel sequente. Fuit hic
 Henricus II. Dux Carinthiæ postremus e stirpe Eppensteinia ,
 post quem constat Henricum III. Ducatu potimum fuisse anno
 MCXXVII. quem Henricum Minorem vocat Auctoꝝ vitæ Con-
 radi I. Salisburgensis , uti hæc omnia stabilivimus in Serie Du-
 cum Carinthiæ illustrata .

Henricum II. Ducem , Eppensteinium sine herede obi-
 visse , colligunt Viri docti ex illis verbis Fragmenti Genealo-
 gici Biblioth. Vindobonenſis apud HANSIZIUM German. Sac.
 Tomo II. pag. 211. : „ Et factus est heres Lupoldus Marchio
 „ (Styriensis) ex testamento possessionum & Ministerialium , vo-
 „ luntate Henrici Ducis de Eppenstein. Nempe in bonis genti-

litiis heres Luipoldus fuerit; nam Ducatum Carinthiæ *Henricus III.* obtinuit, e cuius stirpe Duces Carinthiæ, & Marchiones Istriæ deinceps prodiere.

Engelbertus I. Lavandensis, Marchio Istriæ. Et vero *Henricum II.* Ducem Eppensteinium, dum Carinthiæ Principatum adiit, Istriam alteri, seu tum illico, seu paullo post cessisse, probant ea, quæ de *Engelberto I.* Istriæ Marchione mox proferemus, quem, uti & Bernhardum, *Henrici III.* Ducis Carinthiæ fratres fuisse, prodit *Auctor* *vitæ Conradi I.* in *Serie Ducum Carinthiæ illustrata* a nobis ad an. MCXXVII. allegatus. At enim de horum fratribus stirpe, deque ipso parente satis vetusti defunt auctores. Recentiores hanc stirpem appellare solent *Comitum Sponheimensium*, & *de Ortenburg*; quamquam Ortenburgi Comites in Carinthia potius deinde ex hac Ducum familia oriundos credam. Ego hac in re *THOMAM EBERNDORFERUM DE HASELBACH* Sæculi XV^{ti} Scriptorem, maxima ex parte sequendum duxi, cum quod vetustior non suppetat, tum etiam quod *AVENTINUS Annalium Bojorum Lib. VI. p. m. 640.* consentiat, ac præcipue denique, quod cum diplomatibus ille stirpis ordo apprime consentiat.

Engelberti ejusdem Genealogia. Tomo II. pag. 799. : „ Fertur etiam, quod Comes de Pfannerheim (Spanheim) Fridericus nomine, Germanus Beati Hartvici „ Juvavensis Archi-Episcopi, tempore Ottonis tertii, & Henrici „ Imperatoris, ex Richarda majoris Carinthiæ genita, genuit Engelber- „ tum

„ tum Comitem de Lavande , qui seniori fratri suo Sigefrido cē-
 „ dens , Carinthiam inhabitavit , qui Engelbertus (nobis primus)
 „ tempore Henrici tertii (Cæsaris vulgo quarti) per Henricum
 „ quartum (vulgo quintum) expulsi , strenua egit : Gothardum
 „ Juvaviensem ob schisma expulsum reduxit , Monasterium S. Pauli
 „ in Valle Lavantina Ordinis S. Benedicti fundavit , frequens bellum
 „ cum Henrico Duce de Eppenstein habuit : & ex Hedwige uxo-
 „ re suscepit filios , Hartvicum Magdeburgensem Archi-Episcopum ,
 „ Henricum (tertium) Carinthiæ Ducem , heredem in Ducatu Pa-
 „ trini (seu adoptantis Patris , ut AVENTINUS accipit)
 „ de Eppenstein (Henrici II.), Engelbertum (secundum) Du-
 „ cem Carinthiæ , postea Sigefridum , & Bernhardum Comitem de
 „ Strubsin . Engelbertus Dux genuit quatuor filios : Engelbertum ,
 „ (nobis tertium) Ulricum , postea Ducem Carinthiæ , Hartvi-
 „ cum Ratisbonensem Episcopum , & Comitem Rapotonem . En-
 „ gelbertus largus (secundus) reliquit Ducem Carinthiæ Ulri-
 „ cum , qui reliquit Henricum , & Hermannum (quibus ad-
 dendus Ulricus .)

Ex hisce HASELBACHII verbis deduxi Schema Genea- Genealogie
 logicum Comitum de Valle Lavanda , Tabula III , quod annis ad- cum Histo-
 scriptis illustravi : quorum nunc ad comprobandum illum
 ordinem reddenda est ratio , præprimis quod tres Engelbertos
Istriæ Marchiones attinet . Quoniam igitur Henricus II. Dux ,
 antea Marchio Istriæ fuerat , atque liberis carens Henricum III.
 e stirpe Lavandensi Ducem successorem an. MCXXVII. accepit ;

existimio eundem illum Henricum II., olim quidem contra Engelbertum I. Lavandensem bella gerentem, quod Henricus schismati, Engelbertus Pontificiae parti faveret; sed conciliatum subinde Lavandensibus, sibi vel affinibus, vel sanguine junctis impense favisse.

Bella illa inter Henricum II. tum etiam Istriæ Marchionem, & Engelbertum I. Comitem exarsisse puto; quia constat Engelbertum I. præsto fuisse Gebhardo Salisburgensi contra partes Henrici IV, uti testatur **HASELBACHIUS**. Quoniam ergo Gebhardus an. MLXXXVIII. decessit, ea bella utique ante MXC. componi poterant. Circa id tempus Engelbertum I. Istriæ Marchionem renunciatum arbitror, quo nempe **Henricus II.** ex Marchione Istriæ Dux Carinthiæ est factus. Subinde inter Engelbertum I., & Udalricum Patriarcham Aquilejæ, novum exarsit bellum circa annum MCXII, si **MEGISERO Lib. VII. Cap. XLIV.** credimus. Illud certum tenemus, circa annum MCXX. Engelbertum Marchionem, pœnitudine ducum, Udalrico Patriarchæ, jam admodum seni (qui anno MCXXI. aut sequente obiit) de damnis satisfecisse. Ita enim in tabulis Udalrici Patriarchæ, *jam senio confecti*, legimus apud **RUBEIS Monum. Aquil. Cap. LVIII. pag. 554.** : „Decem quo-
„que mansos, quos a Marchione Engelberto pro sacrilegio, quod
„fideles sui per incendium Ecclesiæ in Carniola commiserant, recepi.

Engelbertus iste paullo post, anno MCXXII. in char-
ta concordiæ Henrici V, qua Callixto II. Papæ investituras

cum

cum baculo & annulo concedit, legitur inter testes: Engelbertus *Marchio Istriæ*, apud *GUILLIMANNUM in Habsburgicis Lib. V.* pag. m. 267. in 4.^{to} (*LÜNIG Reichs-Archiv. Spicileg. Eccles. Tom. I.* pag. 154.) Annum obitus hujus Engelberti I. Marchionis Istriæ tametsi ignorem, haud diu tamen ultra annum MCXXII. proferendum idcirco arbitror, quod jam ante annum MLXXXVIII. virilem ætatem attigisse idem ex actis relatis videatur.

Sane quidem ad annum MCXXVII. Engelbertum I. in-
ter vivos non fuisse censeo, quando Engelberti I. filius Hen-
ricus II. seu *Minor*, eodem anno, aut sequente, Ducatum Ca-
rinthiæ nactus est, atque Engelbertus II., primi item filius,
jam Istriæ *Marchio*, saltem biennio erat, uti ex iis probabi-
liter deducitur, quæ de *Engelbertis Capite præcedente discepta-*
vi, ex anno mortis S. Norberti, aliisque rebus circumstan-
tibus: ubi hunc Engelbertum II. Marchionem Istriæ eundem
esse ostendimus, cuius filia nuptui data fuit Theobaldo III.
Campaniæ Comiti. Quæ vero ad Engelberti II. *Marchionis*,
Ducatum Carinthiæ referuntur, quèm an. MCXXX. adiit,
ea in nostra Serie *Ducum Carinthiæ illustrata sumus executi.*

Ipsò anno MCXXX. Engelberti II. jam *Ducis filio En-*
gelberto III. Istriam collatam fuisse censeo: Ducatu Carinthiæ
reservato alteri filio Udalrico, cui vivens pater, fluxis rebus
vale dicto, eundem Ducatum tradidit circa an. MCXXXV.
Equidem prædicto Anno MCXXX. Indict. VII. in Curia Ratis-

ponē, in charta Lotharii Regis, inter testes legitur : *Engelbertus Marchio*; quem ego nostrum *Engelbertum III.* esse censeo; quia *Engelbertus Dux Carinthiæ* testis in eadem charta appellatur.

Engelberti III. mentio deinceps occurrit an. MCXXXVIII. de qua in nostra Serie illustrata dictum. Diserte porro *Engelbertus Marchio de Ystria* testibus accensetur in charta Chunradi I. Archiepisc. Salisburgensis an. MCXLVI. apud HUNDIUM GEWOLDI, *Metrop. Salisb.* Tom. III. pag. 159. Et apud VALVASOR Carniolæ Lib. X. pag. 208. MCXLVII. Idibus Februarii, in diplomate Conradi III. dato Oberburgensisibus Benedictinis, præter *Henricum Duxem Carinthiæ*, inter testes legitur: *Engelbertus Marchio*, utique Istriæ, cum de rebus vicinæ regionis isthic agatur. Apud Cl. MASCOVIUM in Annotat. ad res Conradi III, pag. 355. in Charta Conradi Regis, Ortliebo Basileensi Episcopo concessi privilegii, inter testes : „ *Engelbertus Marchio Hystriæ*, *Hermannus Marchio de Baden*.... „ *Data Ratisbonæ Kalend. Junii*, *Anno Dominicæ Incarnationis*, „ MCXLVIII. Indictione X. anno regni Conradi XII. Idem Conradus Rex Cœnobio S. Lamberti Ord. S. Benedicti, Abbe Woframo confirmat privilegia MCXLVIII. XII. Kal. Junii. Testes.... *Heinricus Dux Carinthiæ*.... *Marchio Hystriæ Engelbertus*.... (Ex Tabulario Cœnobii S. Lamberti.) Rursum in celeberrima Friderici I. Charta, qua an. MCLVI. Austriacis privilegia impertit, inter testes habetur: *Engielbertus Marchio Istriæ*, uti in ipso præstantissimo Autographo Ta-

bularii *Vindobonensis* legeram, non vero *Engelhardus*, uti habent vitiosa quædam apographa.

In Comitiis Roncaliensibus a Friderico I. Imp. anno MCLVIII. celebratis, Principes præsentes ita adnotantur apud **GOLDASTUM** *Constitut. Imperial. Tom. III. pag. 335.* : „.... Dux „, *Meraniæ* Dux *Karinthiæ* Marchio *Istriæ* Dux „, *Zaringiæ*. Quorum Principum nomina ita suppleo : *Cunradus* Dux *Meraniæ*: *Henricus* Dux *Karinthiæ*: *Engelbertus* Marchio *Istriæ*: *Bertholdus* Dux *Zaringiæ*. Certa sunt omnium horum nomina. Postremo legitur *Engelbertus Marchio Istriæ*, an. MCLXVI. Indict. XIV. in literis Volrici Patriarchæ Aquil. confirmantis donationem *Engelberti* Com. *Goritiæ*. Notitiam hujus debeo Illustrissimo D. Comiti Rudolfo Coronino de Quischa, qui ista uberior exponet.

Etenim anno MCLIX. Indict. VIII. (potius VII.) *Meinhardus Comes de Histria* apud **UGHELLUM** *Histria. Italæ S. Tom. V. pag. 64.* Quo quidem loco Cl. P. DE RUBEIS substituendum suspicatur: *Meinhardus Comes de Goritia*, quod ego interea in medio relinquo; tametsi constet Comites *Goritiæ* partem *Istriæ*, sed aliquanto serius, obtinuisse. Utut ista se habeant, *Marchionem Istriæ* in diplomaticis post MCLXVI. deinceps nominatum non invenio usque ad an. MCLXXIV, quo demum *Bertholdus Comes Andechsius* hocce titulo honoratur.

*Andechsii
funt Mar-
chiones
Istriæ.*

Qua porro occasione, causaque Marchia Istriæ, quæ eatenus apud stirpem Ducum Carinthiæ in tribus deinceps Engelbertis, perduraverat, ad Andechsios transierit, puto me deprehendisse in tabulis *Codicis diplomatici Admontens. Thesauri anecdote. Bern. Pez. Tom. III. P. III. pag. 714.* ubi legitur circa annum MCLX: „ Bertholdus Comes de Andechsen cognatus Henrici Ducis, ac præterea „ Henricus Dux de Karinthia, & Hermannus frater Ducis. Cognitionis ratio nos quidem fugit, attamen ipse cognitionis titulus satis esse videbatur, ut circa an. MCLXXIII. Hermannus Dux Carinthiæ (cujus fratres deceperant improles, quique ipse aut nondum duos filios, aut admodum infantes eo anno haberet) Marchiam Istriæ daret, aut ab Imperatore dandam curaret cognato suo Bertholdo II. Comiti de Andechs, quem titulo *Marchionis Istriæ* deinceps usum fuisse sequens tabula docebit, complectens Synopsin documentorum, quæ nostram notitiam non effugerant.

*Bertholdus
Istriæ Mar-
chio, &
Dux in di-
plomatis.*

Ante annum MCLXXIII. Comes tantum legitur Bertholdus II. Andechsius, de quo vide *Tabulam Genealogicam IV.* Ab anno vero prædicto ita duo Bertholdi, nempe secundus, & tertius, secundi filius, in tabulis publicis compellantur.

MCLXXIII. In charta Henrici VI. Regis data apud Würtzburg Monasterio Eberspergensi: B. (Bertholdus II.) *Dux Meraniæ. HUNDIUS T. II. Salisb. p. 192.*

MCLXXIV.

MCLXXIV. Indict. VII. Tabulas ex *Fontanino* memorat R. P. RUBEIS, *Monum. Aquil.* Cap. LXIII. pag. 595. ubi lego: *Marchione Ystriæ nomine Bertholdo*, nempe secundo, uti mox patebit.

MCLXXIX. Indict. XII. in privilegio Friderici I. Cœnobio Kaltenbrunensi dato inter testes: *Bertholdus Marchio Ystriæ. BÜNAU in Friderico I. Append. III. pag. 430.* Et LUDEWIG. Reliqu. MSt. Tomo X. pag. 151.

MCLXXX. Duæ chartæ habentur, quas dedere Cœnobio Wiltinensi: *Ego Bertholdus Marchio Ystriæ, & filius meus Bertholdus Dux Meranie.* Desumptæ ex *MSta Historia Tyrolensi Burglebneri Lib. XIII. Cap. IV.*

Hoc anno etiam apud GOLDASTUM Tomo. I. *Constit. Imper.* pag. 285. exhibetur in charta Friderici I. Data Ratisbonæ III. Idus Julii... *Bertholdus Marchio Ystriæ.*

Item MCLXXX. in alio Friderici I. diplomate: *Bertholdus Marchio Ystriæ se se inter testes offert apud HUNDIUM Metrop. Salisb. Tom. I. pag. 115.*

MCLXXXI. testes inter legitur in confirmatione privilegiorum Cremifanensium a Friderico I. data: *Marchio Bertholdus de Ystriâ, & filius suus.* Apud RETTENPACHER *Annal. Cremifan.* Lib. II. Cap. XII. pag. 166.

MCLXXXIII. In charta Ottonis Episcopi Bambergensis inter testes: *Bertholdus Marchio Ystriæ, filius suus Bertholdus Dux Meranie.* Refert ista HUNDIUS Metrop. Salisb. T. II. p. 44.

MCLXXXIV.

MCLXXXIV. In charta conventionis inter Godefri-dum Patriarcham Aquilejæ, & Henricum Comitem Tyrolis, Data Vincentiæ XIV. Kal. Decembris, memoratur: *Bertholdus Marchio de Andechs.* Autographum vidit, & communicavit excerpta Cl. ROSENTHALIUS.

MCLXXXVII. Tabulæ Bertholdi III, mortuo patre Bertholdo II, de lite inter Cœnobium Wiltinense, & Cives OEnipontanos, ubi: *Bertholdus (tertius) Marchio Histriae, & Dux Meraniæ,* meminit Bertholdi patris sui defuncti. BURG-LEHNER Hist. Tyrol. MS. Lib. XIII. Cap. IV.

MCLXXXVIII. In charta Dieboldi Episcopi Pata-viensis, *Dux Dalmatiæ Bertholdus* semel atque iterum occurrit, apud BERN. PEZ. Cod. Diplomat. Epist. Parte II. N. LXVI. pag. 46.

MCXCIII. Henricus VI. Imperator Tegernseensibus privilegia dat; subscribit etiam: *Bertholdus Dux Meranie.* Ita HUNDIUS Metrop. Salisb. Tom. II. pag. 276.

MCXCIV. Inter eos, qui cum Henrico VI. Imperatore Crucem suscepere, belli sacri pignus, nominatur *Dux Dalmatiæ de Meran*, nempe Bertholdus III. de Andechs. In Chronicō Admontensi, Hieron. Pez. Tomo II. Script. Austr. pag. 192.

MCXCIX. *Bertholdus Dux Meraniæ*, testis appellatur in diplomate Philippi Regis, quo firmat privilegia Monasterii Alderspachensis. HUNDIUS T. II. pag. 43.

MCCI. Bertholdus Dux Meraniæ testis in confirmatione privilegiorum Cœnobii Steingaden a Philippo Rege. Datum Norimbergæ XII. Kal. Octobris. (BURGLEHNER Lib. XIII. Cap. IV. Hist. Tyrol. MS.

MCCII. Pacificatores inter Peregrinum Patriarcham Aquilejæ, & Comites Goritiæ, in tabulis leguntur: Bertholdus Dux Moraviæ (Meraniæ) filiique ejus Otto, & Henricus. Apud RUBEIS Monum. Aquil. Cap. LXVI. pag. 644. &c.

MCCIV. Bertholdum III. Marchionem Istriæ, Ducem Meraniæ, & Dalmatiæ interdum compellatum, hoc año obiisse, concorditer perhibent ARENPECKIUS, AVENTINUS, & BURGLEHNER. Istriæ Marchiam Henricus, Bertholdi III. filius natu minor, at Otto natu major Tyrolenses terras cum titulo Ducis Meraniæ consecutus fuit.

MCCVII. Philippi Regis necem (quæ die nativitatis S. Joannis Baptistæ accidit) ita ad hunc annum refert Chron. Weichenstephanense, Hier. Pez. Tom. II. pag. 403: „Rex Philiippus imperfectus est in loco Babenberch ab Ottone Palatino Comite de Witelinesbach, & Heinrico Marchione Hystriae.) Consilio duntaxat Henricum concurrisse produnt alii.

MCCIX. Otto IV. Rex die Epiphaniæ apud Augustam colloquio instituto: „Ottonem Palatinum de Witelinesbach, nec non Marchionem de Anadekse (Henricum) Lege Bavaria sententialiter proscriptis, eosque dignitatibus, beneficiis, ac prædiorum suorum redditibus, sine spe recuperationis Chronol. P. II. K „ju-

Henricus
Marchio
Istriæ.

Ludovico
Bavaro
Istria con-
fertur.

„ judicialiter privavit, dignitates eorum in alios transferens. Ita perspicue tradit OTTO DE S. BLASIO, Urstissi Parte I. pag. 226.

Istriam quod attinet, ea quidem ab eodem Ottone IV. Rege, Henrico Andechsio ablata, collataque fuit Ludovico Duci Bavariæ. Testatur id primum ANONYMUS LEOBIENSIS, Hier. Pez. Tom. I. multa, ut solet, ad unum aliquem annum, male congerens, uti hic ad an. MCXC. his verbis: „ *Istria & Marchia Carniolæ* (hujus pars fortasse) *quæ Heinrico Marchioni Ystriae fuerat adjudicata, propter crimen læse Majestatis in Philippum Regem,..... Ludovico Duci Bavariae collata est.*

Porro hereditarii etiam juris titulo aliquo Istriam Ludovico Duci concessam fuisse, colligo ex iis, quæ serius ad an. MCCXII. memorant Annales EBERHARDI, Henr. Canistri Tom. I. pag. 357. primæ Edit. uti sequitur: „ *Isti sunt, quorum hereditas..... ad Ludovicum Ducem, & filium ejus sunt de voluta:.... Heinricus Marchio Istriae de Andechsen, Otto fratre eius suis Dux Meraniae de Wolfrachusen.*

Patriarchi Aquileiae Jura in Istriam insaurata.

Enim vero huic Ottonis IV. Beneficentiæ intercedebat illico Volkerus Patriarcha Aquilejæ, qui vetera jura proferebat, de quibus suis locis diximus. Ludovicus Dux Bavariæ Patriarchæ cessit, teste Anonymo Leobiensi citato, qui scribit: Volkerum Patriarcham ab Ottone IV. Istriam & Marchiam Carniolæ, Heinrico ablatas, & Ludovico Bavarо collatas, tamen impetrasse. Majorem hisce fidem facit, quod e Manuscripto Codice Cl. P. DE RUBEIS Monum. Aquil. Cap.

LXVIII. pag. 664. ita vulgavit: „*Transumptum privilegii Octonis IV..... Qualiter Dux Bavariae per definitivam sententiam cessit Marchionatum & Comitatum Istriæ, & qualiter datus Otto Volkero Patriarchæ, & Ecclesiæ Aquilejeni in plena Curia confirmavit anno MCCVIII.* (Corrigere MCCVIII.)

Attamen a Volkero Patriarcha Istriam cum parte Car- *Otto I.*
Meranius
Istriam
imperat.
 niolæ, quieta plenaque possessione obtentam tum fuisse vix
 autumo; Henrici enim exauktorati frater *Otto I. Dux Meraniae*, haud ita facile concoquere poterat, terras illas ab stirpe
 sua unius ob noxam continuo alienari. Ab Ottone IV. Re-
 ge nescio an aliquid impetraverit *Otto Meranius*: attamen
 sub Friderico II. felicius eundem rem suam gessisse docet
BURGLEHNERUS, *Lib. XIII. Cap. IV.* quo teste: MCCXV.
 In Comitiis Ratisbonensibus *Otto I. Meraniæ Dux* a Fride-
 rico II. Rege recepit fiduciario jure Istriam, quam *Otto IV.*
 anno MCCIX. Ludovico Bavarо contulisset. Bonane istud
 Volkeri Patriarchæ gratia, aut quibus conditionibus consti-
 tutum sit, dicere nequeo, hariolari nolo. Sane anno præ-
 cedente MCCXIV. idem Fridericus II. Volkero Patriarchæ
Istriam & Carniolam, ab Ottone IV. collatas, amplissimis
 cum juribus confirmaverat. Extat diploma illud apud **LA-**
ZIUM de Migrat. Gent. Lib. VI. pag. m. 157. Et apud **MURA-**
TORIUM Scriptorum Italæ Tomo XVI. pag. 101. Datum Au-
 gustæ, Indictione secunda, Mensis Februarii septimo ex-
 eunte.

Bertholdus
successor
Volkero
Patriarcha
Istriam ob-
tinet.

Opportune tamen Aquilejensi sedi illud evenit, quod eidem Patriarcha, mortuo Volkero, præficeretur an. MCCXVII. Bertholdus Andechsius, Ottonis I. Ducis Meraniæ Germanus. Is enim vero negotium istud cum fratre bonis pactis conficit sub annum MCCXXX, uti mox dicemus. Jura tamen sua jam antea, publica etiam in charta profiteri voluit Bertholdus, qua apud UGHELLUM Italiae S. Tomo X. in addendis ad Episc. Parentinos, scribitur anno MCCXXII. Indict. X. die VII. exeunte Januario Bertholdus S. Aquilejensis Ecclesiæ Patriarcha, nec non Istriæ, atque Carniolæ Marchio.)

Equidem Ottonem I. Meranium, sive ante, sive post annum conventionis MCCXXX, non memini me scriptum legisse alio titulo, atque *Dux Meraniæ*, uti ad annos MCCXXVII. MCCXXX &c. videre est apud HUNDIUM GEWOLDI Metrop. Salisb. Tom. I. pag. 255. & Tom. III. pag. 276.

Ottone I.
Meranio
cedente.

Anno MCCXXX. inter Ottonem I. Ducem Meranium, & Bertholdum Patriarcham convenit de jure, ac possessione Istriæ, & partis Carniolæ; ea pacta confirmat hoc anno Fredericus II. Cæsar, quibus Otto I. Dux Meraniæ: „ Cedit, „ ac remittit in perpetuum Bertholdo, & eidem Sedi Aquilejensi „ omne jus & questionem, quæ contra eum in ejusdem Mar- „ chia & Comitatu Istriæ, & Carniola requirere poterat, & „ si quid juris in eis videretur habere Anno MCCXXX. „ Mense Julii III. Indictione &c. Repræsentat ista, & porro Bertholdi Patriarchæ jura, & possessionis exercitium in

Istria,

Istria, & Foro julio commonistrat R. P. RUBEIS *Monum. Aquil.*
Cap. LXX. pag. 697. 698.

Post hunc annum MCCXXX. titulo *Istriæ Marchionis* Ottone
duo Duces
de Meran. in tabulis publicis compellatos non inveni, neque *Carinthiæ* Duces neque *Goritiæ* Comites, neque Ottones duos Meranius, neque alium *Principum.* Otto I. Dux Meraniæ vitam clausit An. MCCXXXIV. is ex Beatrice, filia Ottonis Palatini Burgundiæ (quæ obiit MCCXXXI. teste *Calendario Dies-sensi*) reliquit filium Ottонem II. Ducem de Meran, & filias quatuor, quarum natu maxima *Agnes* Friderico bellico bello Duci Austriae nupsit anno MCCXXIX. eademque repudiata MCCXLIII. subinde collocata fuit MCCXLVIII. Ulrico Duci Carinthiæ, decessit circa MCCLXII : de qua vide R. P. SIGISM. CALLES. S. J. *Annales Austriae*, Tomo II. ad hosce annos: item *Chronicon PERNOLDI*, & *HASELBACHII.*

Otto II. Dux Meraniæ, & Comes Palatinus Burgundiæ, cum vita sua finivit stirpem masculam Andechsiorum in Tyroli, ineunte anno MCCXLVIII. De eodem ita ad prædictum annum *Chronicon Mellicense*, Hier. Pez. Tomo I. Script. Austr. pag. 240 : „Obiit Otto Junior Dux Meraniæ, & Comes Palatinus Burgundiæ, sine liberis, imperfectus a suis in Castro Nistnstrangen, ultimus suæ stirpis, paterna fundatione in Lankbeim sepultus.) Ab Hagero quodam, vel Hoge occidum Ottонem scribunt alii, eique filiam Elisabetham, seu Alisam tribuunt. Tabula IV. Genealogica Andechsiorum stir-

pem exhibui, ejus magna pars comprobata jam fuit in Tentamine Genealogico Comitum Goritiæ: pars nonnulla hoc Capite, de Istriæ Marchionibus, diplomatibus præprimis constabilita fuit: cetera ex HUNDII Stemmatographia Bavaria, ex ALBERICO MONACHO trium fontium, ex ARENPECKIO denique desumpta fuere, qui postremus in eo peccat, quod unicum Ottонem Meraniæ Ducem proponat.

*Meraniæ
Ducum
recensio.*

De Meraniæ Ducibus hic pauca inferenda duxi. Primus anno DCCCCL. eo titulo legitur Conradus Franconicus, Dux Lotharingiæ, Ottonis I. Imperatoris gener, de quo ita EKKEHARDUS, Decanus S. Galli, Goldasti Script. Aleman. Tomo I. pag. 245. Edit. Senkenberg. „Cunone vero Duce Meranio genero ejus (Ottonis) accurrente.) Verum quando is titulus deinde usque ad an. MCLIII. non memoratur: atque idem ille Cuno seu Conradus, paullo post ab EKKEHARDO JUNIORE sine illo titulo nominatur; isthic dubitari merito potest de recentioris manus interpolatione.

*Tres Con-
radi Comi-
tes de
Dachau.*

Certiores paullo sese nobis dedere Cunradi de Dachau, e nobilissima Bajoariæ, & Andechsiis cognata familia. Tres Cunrados de Dachau nobis exhibit VITUS ARENPECKIUS, Libro V. Chronic Bajoarici pag. 236. Bern. Pez. Thesauri anecd. Tom. III. P. III. Videlicet Cunradum II, Cunradi I. filium, ab Friderico I. Rege Ducem Dalmatiæ & Croatiae renunciatum fuisse perhibet, eundemque an. MCLVIII. ad Bergomum in Italia decessisse: sed mallem anno sequente; denique

Cun-

Cunrado II. filium fuisse Cunradum III. de Dachau, qui sine herede extinctus sit. Sane Cunradum II. in diplomatibus invenio hisce cum titulis, nempe an. MCLIII. in diplomate Friderici I, apud LUDEWIG. *Reliqu. MSt. Tom. XI.* pag. 550. &c. sifstir testis : *Conradus Dux Meranus.* Idem recurrit anno MCLIV. *Chunradus de Dachawe Dux Croatiae, Dalmatiaeque:* in Charta Ottonis Episcopi Frisingensis, apud MEICHELBECK, *Histor. Frising.* *Tomo I.* pag. 550. Et sane ipse OTTO FRISINGENSIS, ejusque Continuator RADEVICUS, modo dicta confirmant. OTTO *Lib. I. de gestis Friderici I.* Cap. XXV. *Ursifili pag. 421.* dum de rebus a Friderico I. Cæsare, in juventute ante imperium gestis tractat, ita habet : „ Comes quidam Conradus de Dachome , tunc nobilis Comes , postea Dux factus Croatiae , atque Dalmatiae , qui incanus extra remanserat , ab hostibus capitur . Eum Fridericus generose sine lytro dimisit .

RADEVICUS porro *Lib. II. de gestis Friderici I. Cap. XIV.* ad tempora anni MCLIX. sequentia retulit : „ Tunc etiam Conradus Dalmatiae atque Croatiae Dux , natione Noricus , de Castro Dachowa oriundus , apud Pergamum finem vivendi fecit , ejusque corpus in terram suam deportatum , in Monasterio Schiren sepultum est . Sequuntur laudes Conradi II. defuncti. Ursifili pag. 516.)

Conradum III. de Dachau obiisse puto paullo ante annum MCLXXIII. quo titulus *Ducis Meraniae , ac Dalmatiae*

trans-

translatus fuit ad Bertholdum III. Andechsium , uti supra ostendimus. Illud nondum satis liquet , cur *Duces de Meran* appellati sint ? cum *Meranum* in Tyroli exiguus sit locus : *Meranum* vero Forijulii , Andechsiorum nunquam fuerit : Ducesque illi nunquam de *Meran* , sed de *Meran* constanter scribi solerent . Accedit *Dalmatiæ & Croatiae Ducis* titulus , *Meraniis* interdum adjunctus , quem Andechsii , post Dachavios demum , una accepere : neque vero *Meranum* , neque *Meranum* ad Dalmatiam , Croatiave unquam pertinuisse novimus . Porro autem minus huc facere arbitror . *Meranum Misniæ* , tametsi Misnia olim etiam *Dalmatia* , vel *Delmantia* , vel *Dalemintia* dicta sit , atque Principatus sedem hunc locum fuisse , nonnulli contendant , cum **ZEYLERO** , in *descriptione Topographica Saxonie superæ* . Attamen idem auctor *Meranum Tyrolis* , olim urbem multo , quam hodie , majorem fuisse , atque per exundationem anno MCCCCXIX. magna sui parte imminutam scribit . Mea quidem opinione *Comites de Dachau* , Boii quidem certe (at fortasse lineæ Tyrolensis , quæ *Meranum* Tyrolense possidebat) vel a Conrado III , vel a Frederico I. Rege recens electo , anno MCLII. aut sequente , ornati fuere honorario titulo *Ducis Dalmatiæ & Croatiae* ; attamen , ut sæpe alias siebat , etiam *Duces de Meran* , a loco sibi proprio , saltem Andechsii appellabantur , tametsi *Meranum* ipsum minime *Ducatus* proprio honore gauderet . Ita sane in Suevia *Duces de Zæringen* , ac *Duces de Tecca* , a Ca-

stris

Istris ejus familiæ: ita in Austria *Duces de Medelik*, a Castro & oppido, persimilibus exemplis, scriptos novimus. Emortua Dachaviensium Ducali illa Stirpe (etsi Comites Tyrolis, cognati supereressent) titulum *Ducalem*, cum hereditate *Merani*, ad cognatos Andechsios translatum suspicor, dum certiora edocear.

Sed revertamur in Istriam, anno MCCXXX. Patriar- *Istriæ variæ Domini.*
chis Aquilejæ, majore ex parte assertam; partem enim Mediterraneæ Istriæ Comites Goritanos obtinuisse certum est, uti & Mœtlingam, & Vinidorum Marchiam, qua de re *Capite VI.* disceptabitur. Interea Veneti quædam Istriæ loca, qua terrore, qua amicitiæ vinculis sibi obstrinxerant, atque circa annum MCCLXXVIII. Montanam ad obsequium redeuntem, in fidem & amicitiam recepere, uti & Parentium, *salvis juribus Patriarchæ Aquilejensis*, uti est in margine Codicis Ambrosiani, Chronici Andreæ Danduli Lib. X. Capitulo IX. apud MURATOR. Scriptorum Italiæ Tomo XII. pag. 395. Ibidem narratur: Bellum Justinopolitanis & Pifini Comiti a Venetis illatum fuisse, quod Justinopolitani, veteris fidei datae obliti, Venetorum, bellis aliis tum implicitorum, naves infestassent. Justinopolim oppugnarunt, atque Insulam, id nomen est oppido, occupavere Veneti. Omitto reliqua in Istria ab anno MCCLXXX. præcipue, usque ad MCCXCI. bello gesta inter Venetos, & Patriarchas Aquilejæ, socio Comite Goritiæ; quando ad *Chronol. P. II.*

rinthiam hæc jam vix referenda videntur. Ejuscemodi apud DANDULUM, & in Tentamine Chronologico de Comitibus Goritiæ legi possunt.

Veneti Patriarchatus Aquilejæ terras obtinent.

Illud unum paucis attingam, Ludovicum, Teccium Ducem, ac Patriarcham Aquilejæ, inconsulto & infelice cum Venetis bello expertum, ingentia Patriarchatui damna intulisse, quo & Forum Julium pene omne, & Istriæ partem pessimum dedit.

Istria Patriarchis erupta.

Post Ludovicum Teccium Anno MCCCCXXXVIII, morte sublatum, anno proxime sequente Ludovicus Scarampus Mediarota ab Eugenio IV. Pontifice Maximo Patriarchatum obtinuit. Erat is Patavina ex Urbe, iam tum Venetis obnoxia, oriundus, factaque anno MCDXLV. cum Venetis pace, eas conditiones iniit, uti Venetæ Rei Publicæ terras Patriarchatus, bello captas, concederet, quas inter & pars Istriæ fuerat, reservatis Patriarchatui per paucis locis, atque pensione quadam, a R. P. Veneta quot annis praestanda.

Quoniam vero jam dissolutus dudum fuerat vetus ille Marchiæ Istriæ cum Ducatu Carinthiæ nexus, neque porro Marchiones Istriæ, qui quidem ad Principum ordinem spectent, in monumentis publicis inveniantur; reliquas Istriæ vicissitudines persequi, non est nostri instituti.

Marchiones Istriæ minores.

Equidem non ignoro, post concessam ab Ottone I. Duce Meranio Bertholdo Patriarchæ Istriam, ab anno vi-

de-

delicet MCCXXX, usque ad annum MCDXLV, quo ab alienatæ sunt Patriarchatus terræ, in Historicis monumentis efferre se nonnullos, *Marchionis Istriæ* titulo honoratos; uti sunt: *Philippus de Portis*, *Marchio Istriæ* appellatus apud M. ANTONIUM NICOLETUM in Libro MSto: Generalato d' Aquileja Sotto Henrico Conte di Gorizia. Item *Franciscus Savorgnan*, titulo *Marchionis Istriæ* insignis legitur apud JOHANNEM FRANCISCUM PALLADIUM, Juniores dictum, in Historiis Forijulii Lib. VIII. Partis I. pag. 365. At enim *Marchiones* isti, tametsi splendida, nobilique e Prospria oriundi, inter *Principes* (quales olim erant *Marchiones Istriæ*) locum habere non possunt, eoque minus nostrum ad institutum faciunt, quod a Carinthiæ rationibus avulsi, soli Patriarchæ Aquilejæ obnoxii essent. Egregie ad rem nostram Vir Aquilejenium Historiarum peritissimus Cl. P. DE RUBEIS, Monum. Aquil. pag. 697. ad annum MCCXXX, & sequentia tempora admonuit: „ Possessionem (*Istriæ*) hoc anno adierunt Patriarchæ, novamque Regiminis rationem invexere. *Marchiones* frequentius ad Annum designabant, mittebantque certa constituta pecuniarum summa, quam ipsi persolverent.

Itaque postremi ejuscemodi *Marchiones Istriæ* & a Patriarcharum Aquilejenium pendebant arbitrio, & eorum velut Stipendiarii Nobiles Ministeriales censebantur.

C A P V T V.

*Series Chronologica Marchionum Veronæ, & Aquilejæ
Ad Carinthiæ Duces spectantium. Ad priores tres
Tabulas Genealogicas.*

952. *O*tto I. Germaniæ Rex, liberata ab insultibus Berengarii
*Henricus I.
Bajoariæ,
& Carentiæ
Dux.* II, Regis Italiæ, Adelhaide, Lotharii Cæsaris Vidua,
ac devicto Berengario, eidem quidem Italiæ regnum con-
cedit, sed *Marchiam Veronensem, & Aquilejensem* adimit, eas-
demque confert fratri suo Henrico I, Bajoariæ (& Carinthiæ)
Duci ; illas quippe terras Henricus Dux anno CMXLVIII.
Berengario eripuerat, aut victoriæ certe initium fecerat. **A-**
N-
ALISTA SAXO ad an. 952. Eccardi Scriptor. Tom. I. pag. 282.
Item **WITEKINDUS Annal. Lib. III. Meibomii Tomo I. p. 652.**
Et **SIGEBERTUS GEMBLAC. ad an. 948. Pistorii Tomo I.**

955. *Henrico I. Duce extinto, in Ducatu & Marchia Ve-*
*Henricus II.
Bajoar.
& Carent.
Dux.* *ronensi*, filius Henricus II. successit, qua de re ita **CONTI-**
NUATOR REGINONIS ad an. 955. Pistorii Tomo I. pag. 79.
,, Henrichus frater Regis, desperatis rebus recuperatis, re-
,, cepto Bavariæ Ducatu obiit, cuius filio Henrico pius
,, Rex Ducatum & Marcam dedit.

976. *Veronensem Marcam isthic intelligi (cujus nomine &*
*Henricus I.
Dux Ca-
rentani.* *Aquilejenis veniebat) probabiliter demonstravit R.P.CALLES*
S.J. Annal Austriae Lib. IV. Tom. I. pag. 254. Nota F. Con-
firmant idem documenta, de hujus Henrici II. Ducis, succe-
so-

sore Henrico minore, primoque separatae Carinthiæ Duce, prolata in nostra Serie illustrata ad an. 976. & 977. ac præcipue ad an. 988, & 993.

Sane Rodoaldo Patriarchæ Aquilejæ, Otto II. Imperator largitus est anno CMLXXVII. Insulam, Istriæ oppidum : „Quod Henricus Karentanorum Dux nostræ humiliiter suggeſſit „Majestati. Probabiliter ergo Aquileja ad Carentanum Ducatum spectabat.

Exauctorato Henrico Primo Duce Carinthiæ , anno 983. DCCCCLXXVIII. Otto Carinthiam & Marchiam nactus est, teste etiam Charta anni CMLXXXIII. qua Otto II. Aug. Rodoaldo Patriarchæ Aquilejæ quædam Castella Forijulii donat, petitione dilecti Ducis Ottonis (filii Conradi) cum Comitia Veronæ celebrarentur.

Henricus I. Dux Carinthiæ, Bavariæ Ducatum nactus 985. CMLXXXIII. eundem altero post anno Hezeloni cedens, recepit ab Ottone Carinthiam, & Veronensem limitem. Sane Otto III. Rex anno CMLXXXVIII. Cœnobio S. Zenonis, 988. Diœcesis Veronensis, sub Hilderico Episcopo, privilegia imperit : supplicante Henrico Karentanorum Duce.

Henricus Sclavorum seu Karentanensium, atque istius Marchiæ Veronensis Dux Judicium Veronæ exercet, uti tabularum fragmenta testantur ad an. CMXCIII.

Otto I. Dux, mortuo Henrico I. Duce, Carinthiam, & forte anno priore, nempe CMXCVI. Veronensem Marchiam re-

996.
vel
997.

*Otto I.
Dux ite-
rum.* cepit; ANNALISTA SAXO ad dictum annum ita de Ottone:

qui *Marcam Veronensem servabat.*

1001. Papiæ judicio præest: Hotto Dux *istius Marchiæ*, atque in eadem charta memoratur: *Weriken Comes, Comitatus Forijulii* ad annum **MI.**

1002. Otto *Carentanorum Dux, & Veronenſium Comes, Italiam intrat, teste DITMARO Lib. V.*

1005. Postrema Ottonis Ducis mentio fit ad an. **MV.** a **DIT-**
*Cunradus I.
Dux.* **MARO Lib. VI.** & ab ANNALISTA SAXONE.

1012. Ottoni Duci & Marchioni successit Cunradus I. filius;
*Adalbero
Dux.* at Cunrado mortuo **MXII.** Adalbero sufficitur.

1013. Judicio præest *Veronæ*: *Adalperio Dux istius Marchiæ ad annum MXIII.*

1017. Tarvisii quoque judicium celebrans Adalbero appellatur ita: *Dominus Adalpeyro Dux istius Marchiæ Carentanorum,* an. **MXVII.**

1027. Cunradus II. Imperator litem *Veronæ* dirimit inter Po-
ponem Patriarcham *Aquilejæ*, & *Adalperionem Ducem de Ka-*
rinthia. Anno **MXXVII.**

1036. Adalberoni opponitur Dux Cunradus II. primi filius:
*Cunradus
II. & Adal-
bero Duces.* Adalbero repugnat: ambo deceidunt an. **MXXXIX.**

1039. **1047.** Post aliquem hiatum in Serie Ducum Carinthiæ, Mo-
*Welfus
Dux &
Marchio
Veronæ.* nachus *Weingartensis de Guelfis*, Leibnitii Tom. I. Script. Brunf. pag.
784. ita de *Welfo* memorat: „Qui Ducatum Carinthiorum, &
Marchiam Veronensem acquisivit. Hæc ad an. **XLVII.**

Wel

Welfus Dux glorioſus appellatur, quiue Veronensi Cœ- 1054.
nobio S. Zenonis se liberalem exhibuerit. Obiit circa MLV. 1055.

Dux Carinthiæ renunciatus Cunradus, ea non adita 1057.
moritur MLVIII. 1058.

Cunrad. III.

Bertholdo I. Zæringensi collata fuit Carinthia MLX. 1060.

Hactenus de Ducibus Carinthiæ, atque Marchionibus Vero- ^{Bertholdus}
næ & Aquilejæ diſta, antea comprobata dedimus, e tabulis
publicis, in Serie Ducum Carinthiæ illustrata. Sequuntur jam
aliqua Marchiæ Veronensi propria.

Apud UGHELLUM Italæ S. Tomo V. pag. 765. me- 1062.
moratur: Milo, quondam Ugonis, Veronæ Comitis, filius, in [&] antea
charta ab ipso Milone edita Veronæ die X. Octobris, Anno ^{Ugo Comes}
^{Veronæ.} MLXII. Indict. XV.

Ugonem illum, Veronæ Comitem, existimo Marcham Ve-
ronensem administrasse tempore Cunradi III. Ducis, qui Ca-
rinthiam non vidit, atque sub initium Bertholdi Ducis, quem
etiam in Carinthia, aut Veronæ fuisse, non invenio. Milo
vero, Ugonis filius, fueritne etiam Comes Marchiæ, cum in
tabulis id non exprimatur, afferere non ausim; tametsi ibi-
dem post Milonem subscripti sint: Ubaldus Judex, &
Judex Sacri Palatii.

Alium quidem certe paullo post, ad an. MLXXIII. 1073.
Veronæ Comitem Bonifacium in egregio documento nobis ape- ^{Bonifacius}
ruit Celeber. MURATORIUS Antiquitatum Italæ medii ævi Tom. ^{Comes}
I. pag. 401. quo Bonifacius Comes in Veronensi agro judi- ^{Judex Ve-}
cium ^{ronæ.}

cium instituit , cuius initium ita habet : „ Dum in DEI
 „ nomine in Comitatu Veronense , in vico Illas , in Curte
 „ Prote , propria Inverardo , per ejus data licentia in judi-
 „ cio resideret Domnus Bonifacius Comes istius Comitatus
 „ Veronenfis ad singulorum hominum justicias faciendas ,
 „ ac deliberandas Petimus ad vos Domnus Bonifa-
 „ cius Comes , propter DEum , & animæ Domni Imperatori ,
 „ ac vestram mercedem , ut mittatis Bannum &c.

Hunc Bonifacium MURATORIUS ad Majores clarissimæ familiæ Comitum S. Bonifacii referendum censet , atque animadvertisit e solemnî jurisjurandi formula mentionem fieri *animæ Domni Imperatoris* , et si hoc anno Henricus IV. Rex duntaxat fuerit . Ejuscemodi Veronæ Comites judiciorum causa , pro Imperatore exercendorum , constitutos fuisse credit MURATORIUS . Marchionum absentiū locum Comites isti suppleverint , quales præcedente ætate , ac deinceps aliquanto tempore , aut ipsi Dukes Carinthiæ , aut eorundem fratres fuere . Institutis porro Comitibus Veronæ , Marchionum Ducalium dignatio potius in honoris titulum declinasse videtur , ea tamen ratione , ut cum Marchionem Veronam venire contingeret , ipse tum judiciis præsideret . Exempla istiusmodi vidimus sub Ducibus Henrico I. Ottone I. & Adalberone : atque nonnulla se deinceps dabunt .

1077.

Carinthiæ Ducum in Aquilejensi Marchia & Foroju-
lio auctoritas aliquantum accisa videtur sub an. MLXXVII.
quo Henricus IV. Cæsar Sigehardo Patriarchæ Aquilejæ (præ-
ter Istriam, & Carniolæ partem) etiam ipsius *Ducis Carinthiæ*
Liutoldi intercessione donavit : „ *Comitatum Forijulii* , &
„ *Villam Luzanigam dictam* , omneque *beneficium* , quod *Ludovi-*
„ *cus Comes habebat in eodem Comitatu situm* , cum omnibus ad re-
„ *galia* , & ad *Ducatum pertinentibus* Datum anno ab
„ *Incarnatione Domini* MLXXVII. *Indictione XV.* anno autem
„ *Ordinationis quidem Domini Henrici IV. XXVI.* Regni vero ejus-
„ *dem XXIII. Aëtum Papiae feliciter.*) Diploma integrum repræ-
sentat R. P. RUBEIS, *Monum. Aquil.* pag. 537. Charæcteres
temporum in hoc diplomate non bene inter se congruere, mo-
nuimus in nostra *Serie Ducum Carinthiæ illustrata*.

Ut ut sit de hujus diplomatis fide, Aquilejenses tamen
Patriarchas circa hoc tempus Cæsarum largitate Forumjulium
magna ex parte obtinuisse, ac ejusdem provinciæ feuda con-
tulisse, satis confirmant consequentium temporum acta, quo-
rum decursu nullus jam Aquilejæ Marchio, aut Forijulii Co-
mes, aut Dux memoratur. Patriarcharum Seriem isthic non
obtrudimus ; quod eam perfectam satis invenire liceat apud
Cl. P. DE RUBEIS in laudatis toties *Monumentis Ecclesiæ Aqui-*
lejenis. Memorata porro Patriarchatus Aquilejensis jura ac
privilegia post sæculi lapsum corroboravit etiam Alexander
III. P. M. dum anno MCLXXVII. Venetiis celebrem cum

Forumju-
lijum cedit
Patriarchis
Aquilejæ.

Friderico I. Augusto inivit concordiam : ubi nempe Vodalrico Patriarchæ, atque Successoribus confirmavit : „ *Comitatum, Marchiam, Ducatum, Regalibus seu Imperialibus prius vilegiis concessos.* Bullam ipsam refert R. P. DE RUBEIS *Monum. Aquil.* pag. 618.

1148.

*Hermannus
Marchio
Veronæ
quis?*

Aquilejensi itaque Marchia ad Aquilejæ Patriarchas translatæ, ad solius *Marchiæ Veronensis*, jam strictius acceptæ, moderatores convertimur. Eorum in Principum numero, qui anno MCXLVIII, cum Conrado III. Rege in Palæstina pro Christianis Sacris militabant, nominatum lego : *Hermannum, provinciæ Veronensis Marchionem.* Hunc ego Hermannum non ex illustrissima Badensium stirpe, sed Carinthium esse arbitror, Udalrici I. Ducis filium, fratremque Henrici IV. Carinthiæ Ducis, & Udalrici, de quibus consule *Tabulam III. Genealogicam.* Evidem *Hermannum Badensem Marchionem* itidem in Palæstina fuisse cum Conrado Rege, colligo præter alia ex documento *Canoniæ Seccoviensis N. VII. Diplomaticar. Sacr. Ducatus Styriæ Parte I.* pag. 146. & 147. Ubi

1149.

anno MCXLVIII. inter eos, qui cum Conrado III. Frifaci fuere, testes appellantur : *Hainricus Dux de Karinthia,* & avunculus ejus *Hermannus Marchio de Baden*, hunc tamen Hermannum, *Marchionem Veronæ*, nondum fuisse, ex documento anni MCLX, quod mox indicabo, satis certo me confecisse puto.

Accedunt his documenta duo Conradi III. Regis, 1151.
 alterum Datum AEmonæ post redditum e Palæstina, cui sub-
 scribitur *Marchio de Padin*, & item diploma Datum Ratisbonæ
Kal. Julii MCXLIX, in quo legitur *Marchio de Baden*. In
 tertio vero Conradi diplomate *Dato Ratisbonæ MCLI*. nomi-
 natur *Hermannus Marchio Veronæ*, quem hic ego rursum Ca-
 rinthium fuisse censeo. Trium horum diplomatum mentio-
 nem fecit **ILLUSTRIS MASCOVIUS** in *Annotatione XVI.* ad res
Conradi III, pag. 361. Quoniam in tertio hoc diplomate
Hermannus, Ratisbonæ, scribitur *Marchio Veronæ*, ex eo pro-
 babiliter etiam colligo, non esse hunc *Badensem*; quippe Ba-
 denses rarissime, & serius, ac non nisi Veronæ, aut in Carin-
 thia, leguntur titulo *Marchionis Veronæ*, sed pene semper titulo
Marchionis de Baden, cuius inferius porro reddetur ratio.

Postea *Hermannus Marchio Veronensis* testibus insertus ob- 1158.
 servatur in charta Friderici I, qua litem dirimit inter Henricum
 Leonem, Bavariæ Ducem, & Ottōnem Frisingensem Episcopum,
 „ Datum Augustæ XVIII. Kal. Julii Anno Dominicæ Incarnationis
 „ MCLVIII. Indict. VI. Extat apud **MEICHELBECK** *Histor. Fri-*
sing. Tom. I. pag. 337. & 338. Atque *ibidem* in alio documento
 anni MCLIX. testes leguntur: *Hermannus Marchio Veronensis*, & 1159.
Heinricus Dux Karentanus. (pag. 354.)

Rursum anno MCLIX. aut sequente: *Hermannus fra-* 1159.
ter Ducis de Carinthia, sine Marchionis titulo, testis occurrit
 in charta Mosacensi, relata ab **UGHELLO** *Tomo V. Ital. Sac.* 1160.
Hermannus Badensis.

pag. 64. Ea *Marchionis* tituli omissione nihil obstat, quo minus Carinthius iste *Hermannus*, hoc eodem tempore certus habendus sit *Veronæ Marchio*. *Enim* vero diploma Friderici I. habetur apud **UGHELLUM** Tomo II. pag. 371. quod in Serie *Ducum illustrata* memoravi, in quo testis conspicitur: *Hermannus Marchio Veronensis, Dux de Carentana*. Aut hic interponendum H. seu *Henricus Dux de Carentana*: aut legendum *frater Ducis loco Dux*: aut *Italus Scriptor Ducem* minus proprie appellabat: aut ab *Henrico IV. Duce Carinthiæ*, jam sane collega assumptus fuit, consensu *Cæsar*is, *Hermannus* frater; anno siquidem proxime sequente MCLXI. *Henricum Ducem* mortuum fuisse e duobus Chronicis alibi constituimus, eique successisse in *Ducatu Carinthiæ Hermannum fratrem*.

Fit Marchio Veronæ.

Sub hoc denique *Hermanno Duce Carinthiæ*, eodemque antehac *Marchione Veronæ*, titulus *Marchionis Veronensis*, & quidquid eidem potestatis, inter tot hujus ætatis Italiæ turbas erat reliquum, translatum fuisse arbitror in *Hermannum III.* (vel *IV.*) *Marchionem Badensem*. Neque vero defunt causæ, cur *Hermannus Dux*, *Marchionatus dignationem* haec tenus *Ducibus Carinthiæ*, aut eorum fratribus propriam, *Badensium Stirpi tradendam curarit*, vel certe permiserit. *Primo*: *Marchiæ Veronensis administrationem*, sive *titulum* a *Ducatu Carinthiæ* jam separatum fuisse, vel in ipso *Hermanno* vidimus. *Secundo*: *Hermannus Dux Carinthiæ anno MCLXI.*

MCLXI. institutus, fratrem superstitem non habebat, duo porro Hermanni filoli aut nondum ambo lucem viderant, aut teneram admodum agebant infantiam; quod vel ex Bernhardi, alterius filii, tempore obitus liquet, qui anno demum MCCLVI. deceperit. *Tertio*: Aderat vero Hermanni Ducis cognatus, *Hermannus III. Badensis*, Hermanni II. filius, cuius Secundi soror Mater fuerat Hermanni Ducis; quod conficitur ex documenti verbis paullo ante ad an. MCXLVIII. adductis, ubi Henrici (quarti) Ducis Carinthiæ avunculus appellatur *Hartmannus Marchio de Baden*. *Quarto*: Hermanni Badenses certo ex eadem cum Bertholdis Zæringensibus stirpe fuere, uti videre licet in *Tabula Genealogica II*, comprobata nostro *Capite II*. Bertholdi porro illi titulo *Ducis Carinthiæ* ad Sæculum usque XII. interdum honorati fuere: quæ res etiam aliquid momenti afferre poterat, cur alienandus a Carinthiæ Ducum stirpe Marchionis Veronensis titulus, in cognatam alioqui familiam, & Carinthiæ Ducis titulo gaudentem, præ reliquis traduceretur. *Quinto*: In tantis Italiæ, perdurante schismate Fridericiano, conturbationibus, facile Marchiæ Veronensis præfecturam in aliud transferri vel patiebatur, vel etiam optabat Dux Carinthiæ, cui alioqui molestiarum plus, aut vacui tituli, dignatio hæc ista tempestate, quam utilitatis afferebat; tametsi Verona ipsa circa annum MCLXI. & sequentes, a partibus Cæsaris staret.

1177. Septimo denique: Tametsi annum definire nequeam,
Idem Hermannus III quo *Hermannus Badensis* renunciatus sit *Veronæ Marchio*, sed
Badensis, suspicer duntaxat, id evenisse circa annum MCLXII. *Hermannus Carinthiæ Duce* recens instituto; attamen an. MCLXXVII.
 in documento (quo Alexander III. Papa VIII. Kal. Augusti, *Veronensis* antiquæ Ecclesiæ altare majus dedicasse memoratur) legitur *Badensis*, uti ego opinor, *Hermannus*, *Veronæ* tum præsens,
 his in verbis: „*D. Hermannus, Marchio & Dominus totius Marchiæ Veronensis.* (UGHELLUS Ital. S. Tom. V. pag. 799.) Hic τὸ D. legendum censeo *Dominus*, non vero *Dux*; neque enim hic additur aliquid de *Carinthia*: neque aliter τὸ D. legi debet in documento anni MCLXXXVI, uti mox dicam. Itaque dum sententia hæc subest: *Dominus Hermannus, Marchio, & Dominus totius Marchiæ Veronensis*, intelligendus est aliud *Hermannus* a Duce *Carinthiæ*; *Badensis* itaque subaudiendus est, cui stirpi hunc titulum certo accessisse sequentia ostendent.

1181. *Hermannus Dux Carinthiæ* anno MCLXXXI. obiit, ut
 1186. suo loco diximus, relictis filiis pueris, *Ulrico & Bernardo*. Itaque in Tabulis Veronensibus (UGELLI Ital. S. Tomo V. pag. 807. &c.) notatis „*Anno a Nativitate Domini Nostri JESU Christi MCLXXXVI. Indict. IV. Die Dominica II. in trante Novembribus* ubi negotia quædam tractata perhibentur: „*In Lepeja, in præsentia D. Armanni (Hermannii) Theutonici, & D. totius Marchiæ Veronensis;* hic inquam nulla ratione τὸ D. *Dux* legi potest, *Duce* dudum mortuo; ita-

que

que & isthic, & superius in formula simillima anni MCLXXVII. certa ea subest sententia: *Dominus Hermannus, Marchio & Dominus totius Marchiæ Veronensis.*

Verum quemcunque demum hunc Teutonicum Hermannum Marchionem Veronæ fuisse contendas, alia se hic ^{Episcopo Veronæ quid collat. tum sit e} infert difficultas, enata e quadam Scheda Tabularii Veronensis, testante UGHELLO Tomo V. pag. 805. quæ docet: anno eodem MCLXXXVI. a Friderico I. Imp. multo ante Novembrem, Riprandum Veronensem Episc. investitum fuisse: „*De toto honore & districtu, quod Imperium habet in Episcopatu & Comitatu Veronæ, secundum antiquum consuetum usum.*

Conciliari tamen hæc ita possunt, ut vel *Marchionatus honor, ac jura, a Comitatu* alia fuerint: vel ea tantum prædia intelligantur, quæ in Comitatu Veronensi sita ad Episcopatum pertinebant. Sane novi juris aliquid non videtur Imperator Episcopo contulisse, cum ista scribantur: *Data secundum antiquum consuetum usum.* Sed neque Vicariam quandam, absente Marchione, Veronensis Marchiæ moderandæ, judicariam potestatem Episcopo Veronensi reipsa traditam fuisse, conficio ex charta anni sequentis MCLXXXVII. relata apud MURATORIUM Antichita Estensi P. I. ubi hæc leguntur: „*Ego Opizo Marchio de Heft (Estensis) Vicarius & Nuncius Domini Imperatoris Federici, ad audiendas causas apellationum Veronæ, & ejus districtus.* Videtur jam Marchionum quoque auctoritas Veronæ elangescere cœpisse,

cum

cum hic Vicarius Imperatorio nomine, sine Marchionis mentione, Veronensium causis audiendis præfuerit.

Jám vero ut iis fidem adstruamus, quæ superius de illata in Badensium, dudum *Marchionum*, stirpem, Veronensis Marchionis nova dignatione asseruimus, atque de Hermanno Badensi non nisi probabiliter constituimus; *Friderici II.* & *Rudolfi I.* Badensium mentionem in diplomatibus factam, ad eum finem adhibebimus. In Tabulis Udalrici III.

1265. Carinthiæ Ducis, queis an. MCCLXV. Indict. VIII. confirmaverat privilegia Cisterciensium in Landestrot, exarata charta memoratur teste, inter ceteros: *Dominus Friderico Marchione de Verona, Consobrino nostro.* (RUBEIS Monum. Aquil. pag. 726.) Alium ego sane Ulrici Ducis *Consobrinum*, hoc temporis decursu, non invenio, præter *Fridericum II.* Badensem, Hermanni V. (vel VI.) Marchionis Badensis, ac Ducis Austriæ, e Gertrude Austriaca filium, tum annos sexdecim natum. Enim vero *Agnes*, hujus Friderici soror, Udalrico III. Duci Carinthiæ an. MCCLXII. nupserat: vide *Tabulas Genealogicas II. & III.* Constat porro *Consobrini* vocabulum usurpari, medio præsertim ævo, pro quovis nexu vel sanguinis, vel affinitatis, qui Sororis causa coaliisset; quando ne apud veteres quidem Latinos τὸ *Consobrinus* eadem semper notione fuerat acceptum.

1277. Post *Fridericum II.* Badensem indigna sorte Anno MCCLXVIII. Neapoli securi percussum, *Rudolsum I.* Badensem, Friderici II. Patruum, *Marchionis Veronensis* titulo insi-

gnem

gnem nobis produxit *Clariss. Mascovius* in annotat. ad res *Conradi III. Regis* pag. 363. ubi communicatas fibi ab amico memorat literas: *Rudolfi DEI gratia Marchionis Veronensis, datas in Oppido Besenkeim Idibus Aprilis an. MCCLXXVII.* Recensentur in ipsis etiam filii & heredes Rudolfi, videlicet: *Hermannus, Rudolfus, Hesso, Rudolfus*, quos vide: *Tabula Geneal. II.* Mirum illud in hac charta, & fortasse apographi vitio aliquo insertum, duos fratres viventes eodem Rudolfi nomine compellatos fuisse. Attamen ne solis amici *Mascoviani* literis totam fidem harum tabularum debeamus, animadverto easdem haud dubie, aut sane ad finem nostrum ejusdem momenti literas Rudolfi Badensis conspexisse **IRENICUM, & LAZIUM.** *IRENICUS Exegeseos Germaniae Lib. III. Cap. CVI. pag. XCVI.* ita habet: „Rudolfus etiam Badensis *Marchio Veronensem* titulos sibi desumpserat, ut literæ adhuc testantur, quæ sub nomine S. Rudolfi subscribuntur. Anni adscripti hic auctor non meminit. Tum *LAZIUS Lib. VIII. de Migrat. Gent. pag. m. 405.* perhibet *Rudolfum*, qui *Marchio Veronensis* in diplomate legitur, vixisse etiamnum anno MCCXCV. Verum hic Scriptor aut *Rudolfum I.* qui anno MCCLXXXVIII. obiisse memoratur, cum *Rudolfo II.* confundit, aut fortasse aliud diploma vidit, in quo etiam *Rudolfus II. Marchio Veronensis* appellatus fuerit.

Nos quidem cum *Rudolfo I. Badensi Marchionum Veronensem*, cum *Carinthiæ Ducibus* quocunque titulo connexo-
Chronol. P. II. Marchiones
Veronenses
Principes.

rum , seriem terminamus , atque , quod haec tenus comproba-
re conati sumus , post Hermannum Carinthium , antea Mar-
chionem Veronæ , deinde Carentanum Ducem , ex illustris-
fima Badensium stirpe hoc ordine *Marchiones Veronæ* extitisse
arbitror : circa MCLXII. Hermannum III. (vel IV.) subinde
ejus filium Hermannum IV. ac nepotem Hermannum V. hujus
dein filium Fridericum II , postea Rudolfum I , Friderici II.
improlis patrum : ac denique , si LAZIO credimus , Rudol-
fum II , quod ego non præsto.

*Marchio-
num pot-
estas ante
desit, quam
titulus.*

Non dissimulabo tamen , titulum fere potius , quam
potestatem , ac exercitium (si prima fortasse tempora exci-
pias) *Marchionis Veronensis* Badensibus Principibus accessisse ;
tametsi ne eodem quidem haberent opus , qui dudum antea ,
saltem ab anno MCXIV. *Marchionum* titulo insignes in Mo-
numentis coævis occurrant , apud GUILLIMANNUM in *Hab-*
spurgicis , item apud PFEFFINGERUM in notis ad *Vitriarium*
Lib. I. tit. XVII. Tomo II. pag. 654. &c. atque etiam apud
RDISS. HERGOTTUM Genealog. *Hahspurg. Tomo II.* Quare
dudum explosa ab Eruditis est illa quorundam fabella , & a no-
bis novis confutata momentis : Badensium nobilissimam stirpem
Verona oriundam fuisse , atque *Marchionis* titulum a *Veronenſi*
Marchia primum Badenses accepisse. Enim vero multo an-
tea tempore *Marchionum* dignatione honorati Badenses Prin-
cipes , adeo magnam se honoris accessionem *Marchionatu* *Ve-*
ronensi nactos esse non existimabant , ut raro admodum , ne-
que

que nisi aut Veronæ degentes, aut in Carinthiæ rebus, sese fere *Marchiones Veronæ* scriberent: quippe qui mallent avito illo, plenique juris titulo *Marchionum Badensium*, præ adventitia altera, vacuaque fere *Marchionum Veronenſium* appellatione gloriari.

Ut autem clarius ob oculos Lectoris ponamus, quam *Ejus aſſertio argu-*
exiguæ auctoritatis, potestatisque inclinante Sæculo duodeci-*menta.*
mo, ac deinceps, *Marchionum Veronæ* dignatio fuerit, Veronenſium res præcipuas post annum MCLXXXVI. gestas, paucis commemorandas duximus.

Opizonem Eſtenſem anno MCLXXXVII. fe Vicarium 1187.
Cæſaris Veronæ in judiciis gessisse, idque sine ulla Marchio-*Opizo
Eſtenſis
Vicarius
Imper. ♂
Poteſtas.*
nis Veronensis mentione, ſuperius retulimus.

Subinde anno MCXCVII. mortuo Henrico VI, interregni in Italia species fuit, quo tempore Italiæ urbes suamet ſibi auctoritate *Rectores*, ac *Poteſtas* (uti vocabant) delegere. Eſtenſes vero Marchiones, hac ætate, *Opizo*, & filius ejus *Azzo*, qui Ferrariæ ſedem fixerant, per omnem Marchiam Veronensem Guelficas partes fortissime propugnabant. His fidem aliquot locis facit *MURATORIUS in Annali-bus, ſeu Historia Italiæ ad annos 1196. 1197. 1198.*

Libet porro ex *Chronico Veronensi PARISIT DE CERETA*, *Muratorii Script. Ital. Tomo VIII. pag. 622. &c.* ſequentia in rem noſtram excerpere de Veronensium bellis, ac perturbationibus. , MCLXXXVIII. Veronenes pu-

„ gnarunt cum Mantuanis in capite pontis Molendinorum de
„ Mantua, & de ipsis Mantuanis victoriam habuerunt.

1206. „ MCCVI. Roba Comes, fuit Potestas Veronæ &c.
Roba Comes.
1207. „ MCCVII. Azzo Eſtensis Marchio existens Potestas Veronæ
Azzo Eſtensis post Odoricum. „ cum parte sua, & communis Bononiæ ex una parte, &
„ Bonifacius Comes de S. Bonifacio & Monticuli ex altera
„ parte pugnaverunt.

Idem etiam auctor deinde narrat: Azzonem eodem anno MCCVII. rediisse Veronam, unde antea expulsus fuerat, Odorico Vice-Comite interea potestatis Magistratum adepto: id vero aut ante annum MCCVI, aut parte ejusdem anni, ac sequentis fieri debuit; quia anno prædicto MCCVI. Roba Potestas memoratur.

Anno MCCVII. de Azzone Eſtensi, Veronæ Potestate, prolixa documenta extant apud UGHELLUM Ital. S. Tomo V.

pag. 811. Laudatus PARISIUS reliqua Veronenſium bella, Rectores, ac Potestates eorum recenſet ad annum usque MCCXXXVI. quo Fridericus II. Cæſar Veronam venit. Ne-

1236. que vero tum aliquid Veronæ innovatum fuisse proditur; sed *Ezelinus de Romano.* Ezelinus (ſeu Ezelinus) de Romano eodem anno, & Bonifacius Comes de Panico Rectores Veronæ delecti ſunt. Ezelinus deinceps Cæſari fidelis fuit, cuius auctoritate fretus pluribus annis Veronæ præfuit, obiitque anno MCCLIX.

1260. Extincto Ezelino de Romano, anno MCCLX. Mastinus de Scala primus Potestas, anno MCCLXII. Capitaneus, deinde etiam

etiam Dominus Veronæ factus est , teste rursum PARISIO DE CERETA , qui Historiam suam concludit ad an. MCCLXXVIII. Eodem anno mortem subiit Mastinus , cui in Dominio Veronæ successit frater Albertus de la Scala . Multa quoque de Vero nensis Marchiæ , & Urbis Rectoribus Italis , rebusque ad hæc tempora spectantibus , exequitur MONACHUS PADUANUS , apud Urstium Parte I. a p. 581. Et item apud MURATORIUM Scri ptor. Ital. Tomo VII. Lib. II. & III. quæ omitto.

1278.

Albertus
de la Scala.

Ab anno MCCCI. Continuator Parisii Scaligerorum res & Veronensium illis obnoxiorum , prosequitur ad annum usque MCCCLXXIV. quo decepsit Can signorius de la Scala , qui antea an. MCCCLIV. Canem Grandem II. fratrem suum interimendum curaverat. In toto hoc Principum, ac rerum Veronensium decursu nulla Marchionis Veronæ occurrit memoria.

1354.
Canis Gran-
dis : &
Can signo-
rius.

1374.

Et vero interea , dum an. MCCCX. Henricus VII. Cæsar in Italia degebat , Veronæ nihil immutavit ; Sed Scaligeros , Veronæ Dominos , qui sese tamen Vicarios Imperii & Imperatoris profitebantur, benigne habuit : uti narrat ALBERTINUS MUSSATUS Lib. I. Rubr. X. apud Muratorium Script. Italiæ Tomo X. pag. 333. Paullo post sub Friderico Pulcro Austriaco Cæsare , Henricus quidem Carinthiæ Dux , Vicariam Imperii potestatem in Paduanos nactus est circa an. MCCCXX. qualem antehac Henricus Comes Goritiæ obtinuerat. At enim Paduanis duntaxat , non toti Marchiæ Veronensi , neque ipsi Veronensi Urbi (Scaligeris obnoxiae) hi duo Henrici , ne-

Vicarii
Paduani.

que *Marchionis Veronensis* titulo, præfuere. Neque vero *Henricus Dux*, Paduam delatus, anno MCCCXXIV. contra Canem Veronæ Dominum efficere quidquam potuit, quin Vicariam illam potestatem infra suum ordinem ratus (qui se Regem Poloniæ & Bohemiæ, Ducemque Carinthiæ ferret) alium sibimet Vicarium substituit *Engelmarum*, quem, cum *Grifone* fratre, anno MCCCXXVIII. Paduani Urbe sua excedere, bonis licet pactis, compulere; atque is exitus erat qualiscunque hujus Vicariæ Potestatis.

Denique quam nulla pene Veronæ auctoritas fuerit postremorum duorum e stirpe Badensi *Marchionum Veronenfium*, nempe *Friderici II.* & *Rudolfi I.* Satis ex eo desumi potest, quod anno MCCLXVII. ne mentio quidem ulla fiat *Friderici*, titulotenus *Marchionis Veronensis*, Principis Austriaco-Badensis, in ea ipsa narratione, qua *Conradini Regis* adventus Veronam, mora ibidem, & inde instituta profectio, a MONACHO PATAVINO exhibetur in *Chronico, Muratorii Tom. VIII. p. 728.* Tametsi constet, *Fridericum* cum *Conradino* (cuius lateri individuus adhærebat Comes) Veronæ adfuisse: quod inter cetera conficiunt literæ *Conradini Date Verone VI. Kal. Januarii MCCLXVII.* quarum testes subscripti: „ *Fridericus Dux Austriae dilectus con-*
„ *sanguineus noster. Vide Annales Austriae R. P. CALLES S. J.*
Parte II. Lib. VII. pag. 461. Nota B.)

*Reliqua
Verona.*

Tuto igitur *Marchionum Veronenfium* qualemcunque seriem, quæ ratione aliqua Carinthiæ illigabatur, cum Fride-

ri-

rico, atque Rudolfo, Badensibus concluseramus. Brevissime reliquam Veronæ, ejusque Dominorum sortem ita habeto. Anno MCCCLXXXVII. Galeacius Mediolanensis, pulso Antonio Scaligero, Veronam occupavit : eadem Venetæ Republicæ cessit Mense Julio anni MCCCCVI. Bello Camera-censi anno MDIX. amisere Mense Mayo Veneti Veronensem Urbem agrumque : at eandem recepere Januario Mense an. MDXVII. ex quo tempore Venetorum Reipublicæ Imperium Verona veneratur. Hæc apud Venetæ Historiæ Scriptores, in DANDULI *Chronico*, continuato ex Bembi *Chronico*, Muratorii Tomo VIII. Script. Ital. porro apud SABELLICUM, BEMBUM, PARUTAM &c. in collectione *Historicorum Venetorum APOSTOLI Zeno* : atque alibi quærenda erunt ei, qui de his ampliora nosse desiderat.

Attamen de *Marchionibus Veronensibus* paucos invenias, qui eosdem ordine aliquo recensuerint. TORELLUS SABRAYNA in Libro : *de his, qui potiti fuerunt Dominio Veronæ*, pag. 26. &c. in *Thesauro antiquit. & Histor. Italæ Græviano* Tomo IX. Parte VII. ne mentionem quidem *Marchionum Veronensium* intulit : PARISIUS de Cereta in *Chronico Veronensi* ab anno MCXVII. Magistratum duntaxat, Potestatis, Rectoris, Capitanei, ac deinde Scaligerorum Dominorum Veronæ meminit. Neque alia fere apud alios Italicos Scriptores invenias, ut in *Descriptione Italæ LEANDRI ALBERTI*, in *Mouacho Patavino* &c. Inter nostri Sæculi & præcedentis Scri-

ptores sunt quidem, qui de Badensibus Marchionibus, *Marchionis Veronensis* titulo honoratis, aliqua attigerint, at de Vetustioribus Marchionibus rari sunt, qui investigandum sibi aliquid paullo diligentius putaverint. Solos pene excipimus Viros Clarissimos R. P. DE RUBEIS in *Monumentis Ecclesiae Aquilejensis*, & JOHANNEM CHRISTOPHORUM PESLERUM in *Serie Ducum Carinthiæ*, atque Celeberrimum *MURATORIUM* tam in *Historia seu Annalibus Italiæ*, quam in *Antiquitatibus Italiæ medii ævi*, Illustrem denique *MASCOVIUM* supra laudatum, quorum etiam opera nos profecisse libenter profitemur. Utrum aliquid hac in re Marchionum Veronensem notitiam promoverimus, periti arbitrentur; tametsi agnoscamus multa etiamnum ad perficiendam Marchionum Veronensem Seriem desiderari. Antiquissima Veronæ tempora, quæ nos non attigimus, **SCIPIO MAFFEJUS** Marchio, magno eruditio[n]is apparatu in *Verona Illustrata* pertractavit.



C A P V T VI.

Series Chronologica Rerum & Mutationum præcipuarum Carnioliae, quod Principes attinet. Ad Tabulas III. IV. & VII. Genealogicas.

Carniola, seu Carniola, quasi Carnia minor, eosdem Sæculo undecimo, quos Bajoaria, Duces habuit, & quosdam Marchi-Comites, quibus tamen Marchionibus nequaquam Carniola, quanta est hodie, commissa videtur. Separato sub annum CMLXXVI. Carinthiæ Ducatu a Bajoaria, Carentanis Ducibus, sed sub Regibus Germaniæ, Carniola obnoxia fuit. Prima ejus memoria sub *Marchæ Greinæ & Carniolæ* nomine occurrit, cum Marchiæ Comite Poppone, tametsi *Carniolæ* nomen & *Carniolensium* jam Longobardorum, Italiæ imperantium, tempore legatur. Sed nobis non nisi ab Ottonum Cæsarum ætate Carnioliæ epochas quasdam evolvere propositum est, atque ostendere, quomodo in hodiernam amplitudinem accreverit.

Primus itaque se nobis offert *Poppo Comes*, in *Marcha Greina*, quæ & Carniola vocatur, in Ducatu Heinrici II. Bajoariæ & Carentani Ducis, quem nobis prodidere diplomata duo Ottonis II, Abrahamo Frisingensi donantis quædam prædia Carnioliæ circa *Loncam*, alias *Lack*, seu *Bischof-Lak* dictum oppidum, hodieque Frisingensi Ecclesiæ obnoxium. Ad an. DCCCCLXXIV. Diplomata illa **HUNDIUS GEWOLDIANUS** Tomo I. Metrop. Salisburg. pag. 91. ac deinde cor-

Chronol. P. II.

O

re-

974.
Poppo Comes.

rectius produxit MEICHELBECKIUS *Historiæ Frising.* Tomo I.
Parte I. pag. 180. & 181. Mentio hic fit Fluvii Zoure, qui
hodie Zeyre dictus est, Loncamque alluit.

989. Ejusdem Marchæ Greinæ, seu Carniolæ alter Comes,
Waltio
Comes. paullo post, nempe anno CMLXXXIX. comparet Waltio,
in cuius Comitatu sita illa prædia, quæ donarat Otto II,
confirmat, ac donat, augetque Otto III. Abrahamo Frisingensi Episcopo. MEICHELBECK *Hist. Frising.* Tomo I. pag. 185. & 186. HUNDIUS Tomo I. pag. 92. & 93.) Henricus II. Rex anno MII. VIII. Kal. Decembris, Gotescalco Frisingæ Episcopo donat omnia, Regi propria, inter fluvios Tibnizam, Savum, & Zoaram, in Regione Carniola, in Comitatu Waltilonis Comitis. Diploma refert GEWOLDUS ad HUNDIUM Tomo II. Metr. Salisb. pag. 406.

Quoniam Lonca, seu Lack, haud procul Crainburgo abest, videtur dicta a nonnullis Marcha Crainburgica hic intelligenda, quæ Carentani limes versus Italianam fuerit, usque ad Karstum, & Goritiensis Comitatus fines extensa. Aliam fuisse tum censeo Marcham Vinidorum, quæ Croatiam contingit; tametsi nihil obsit, uni interdum Comiti utramque, aut etiam Istriæ Marchioni ambas, vel alterutram Marchiam contributam fuisse, quas hodierna Carniola item ambas, & his ampliora complectitur.

1067. Evidem anno MLXVII. hanc Marchiam Greinam, aut
Udalricus
Marchio
Istriæ. ejus partem, Istriæ adnumeratam fuisse, satis ostendit docu-
men-

mentum, quod attulimus in Serie Chronologica Marchionum Istriæ ad hunc annum ex MEICHELBECKII Tomo I. pag. 261. ubi in Pago Istriæ, in Marcha Udalrici Marchionis, nominantur loca: Cubida, Lounca, Ozpe, Razari, Trūsculo, Steina, Sachte Petre. Ex his colligitur: hunc Udalricum Istriæ Marchionem, Marchæ Greinæ usque ad Steinenses Alpes extensæ, tum quidem præfuisse.

Henricus IV. Imperator, turbidis illis temporibus, 1077.
 quibus & cum Pontificibus, & cum Germaniæ Principibus,
 conflictabatur, amicis egens, Sigehardo Patriarchæ Aquilejæ.
 suas partes secuto, Istriæ Comitatum, & Marcham Carniolæ donavit anno MLXXVII. Indictione XV. Nuerembergæ, duobus Diplomatibus, quorum prius de Istriæ, alterum de Carniola refert UGHELLUS Tom. V. Edit. Venetæ pag. 58. Ex altero, de donata Carniola, sequentia verba repræsentamus:
 „ Marchiam Carniolæ de nostra Regali proprietate, & potestate in proprietatem, atque potestatem præfatæ Aquilejenensis Ecclesiæ, & prænominati ejusdem Sedis Patriarchæ Sigehardi, suorumque Successorum tradimus, & perpetualiter concedimus, ea videlicet ratione, ut idem Sigehardus Patriarcha eandem Marchiam possideat, obtineat, & omnimoda lege, & quo sibi placeat jure, utatur, ac post vitæ suæ cursum Successoribus suis cunctis in idipsum relinquat....)

Hujus donationis mentionem quoque fecit ANONYMUS LEOBIENSIS, sed ut sæpe multa sub eodem anni nu-

mero temere congerit , vitiose illic adscripto anno MLXX. nisi dicas : designatam circa eum annum , petitamve primum ab Henrico eam fuisse gratiam. Porro autem Patriarcham Sigehardum prædicto anno MLXXVII. vita functum jus suum persequi non potuisse res ipsa loquitur. Sed neque proximum Sigehardi Successorem Henricum , ac deinde Fridericum II. Patriarchas , reipsa Carniola potitos fuisse constat , seu Henrici Imp. inconstantia , seu Principum aliorum , qui eas terras sibi venditabant , contrariis conatibus.

De Istria diximus suo loco , circa eundem annum MLXXVII. Liupoldi Ducis Carinthiæ fratri Henrico ipsammet Istriam ab Henrico IV. concessam fuisse , teste BURKARDO Sancti-Gallenfi. Carniolæ quoque Marcham Istriæ interdum connexam , aut Carinthiæ Ducibus , aut Istriæ Marchionibus a Patriarchis sponte , aut ingratiiis hac ætate permissam arbitror.

1091. Sane Carniolæ Marcham ipse Henricus Cæsar , datis
Uodalricus
Patriarcha
Aquilejæ. anno MXCI. novis donatæ Carniolæ tabulis , fatetur : se aliorum consiliis alteri dedisse post primam donationem ; hac itaque nova donatione Uodalrico Patriarchæ , Henrici Ducis Carinthiæ fratri , Carniolam iterum plena & libera potestate confert. Diploma vide UGHELLI Ital. S. Tomo V. pag. 59. Enim vero Istriæ perinde , atque Carniolæ possessionem ne plenam saltem ac quietam Uodalricus adiret , obstitisse putamus Engelbertum , Henrici junioris , Ducis Carinthiæ , patrem ,

trem, quem probabiliter Istriæ Marchionem ab anno MXC. fuisse, alibi, dum de Istria ageremus, conjectimus; ubi certum præterea documentum attulimus, ex quo constat, Engelberti I. vel II. Comitis de Valle Lavanda, milites quos-
dam in Carniola damna Patriarchali Ecclesiæ intulisse ante annum MCXX. eumque Engelbertum Marchionis titulo compellari.

Engelber-
tus I & II.
Marchio
Istria.

Post hæc tempora nulla Carniolæ Dominorum (nisi Patriarchas eo nomine censeas) satis certa ac propria se produnt indicia. Engelbertos deinceps duos, Istriæ Marchiones, etiam puto Carniolæ partem obtinuisse, parte ejus majore Carinthiæ Ducibus servata, qui ex eadem Sponheimensium, seu Ortenburgiorum de Valle Lavanda stirpe cum Engelbertis fuere, uti *Tabula Genealogica III.* exhibemus.

Ab Engelbertis hisce ad Andechsios Comites, co-
gnatos Sponheimensium (uti de Istria agentes probavimus)
Istria, & Carniolæ hodiernæ pars translata est, circa MCLXXXIII. 1130.
nempe ad Bertholdum II. Comitem de Andechs, cui anno
MCLXXXVII. Bertholdus III. ejus filius, ac Dux Meraniæ,
in Marchia Istriæ successit, & in annexa Carniolæ parte.
Bertholdo Duce, & Marchione anno MCCIV. extincto; Otto
filiorum ejus natu major in Ducatu Meraniæ, ac Vallis
Oeni Dominiis successit, in Istria vero, & probabiliter in
parte Carniolæ, Henricus, natu minor. Henrico ob ne-
cem Philippi Regis exauktorato, Ludovico Bavariæ Duci ab
Engelber-
tus II.
Engelber-
tus III. ad
1156. &c.
Bertholdus
II. Comes
de Andechs;
Marchio.
1173.
Bertholdus
III. Dux &
March. Istr.
1187.
Bertholdus
III. Dux &
March. Istr.
1204.
Henricus
March. Istr.

1209. Ottone IV. Cæsare an. MCCIX (vide res *Istrianas*) *Istria & Ludovicus Bavarus.* *Marcha Carniolæ* concredita fuit.

Wolkerus Patriarcha. Attamen Wolkero Patriarchæ jura sua exponenti, *Ludovicus* Dux cessisse perhibetur, idque Otto Augustus ratum habuit an. MCCIX. aut sequente.

1214. *Otto I. Dux Meraniae.* Fridericus II. Rex Germaniæ a nonnullis electus, Wolkero Patriarchæ an. MCCXIV. confirmavit *Carniolam*, & *Istriam*; Diploma ea de re protulit **L A Z I U S de Migrat. Gent. Lib. VI. pag. 157.** & **MURATORIUS Script. Ital. Tomo XVI. & RUBEIS. pag. 665.** Æmulum Patriarchæ se se opponebat Otto I. Dux Meraniæ, Henrici exauctorati frater, qui ut terræ illæ stirpi suæ eriperentur, non putabat ferendum.

1228. Interea mortuo Wolkero Patriarchæ suffectus est anno MCCXVIII. Bertholdus Andechsius Ottonis I. Meranii frater: cum eo convenit denique, ut Otto Dux, mortuo an. MCCXXVIII. fratre Henrico, jura sua *in Istriam & Carniolam* Patriarchatui concederet, circa an. MCCXXIX. Ea omnia Fridericus II. anno MCCXXX. rata habuit. Sed hæc omnia in rerum Istrianarum serie paullo curatius executi sumus.

1229. *Bertholdus Patriarcha.* Antequam *Carniolæ* Dominorum seriem prosequar, dicam aliquid de *Austriæ*, *Styriæque* Ducibus, e Babenbergica stirpe, nempe, de primo in *Carniolam*, ab illis illato pede.

1230. Extat apud **Cl. MEICHELBECK Hiflor. Frising. Tomo II. pag. 5.** documentum, quo Leopoldus Dux *Austriæ*, & *Styriæ*, a Geroldo Episcopo Frisingensi emit feuda quædam

dam in *Marchia*, anno MCCXXVIII. quæ a Frisingensi Ecclesia Henricus Istriæ Marchio obtinuerat. Has fiduciarii juris terras in *Marchia Greina seu Carniola* fuisse, nullus dubito, ubi certum est Frisingensem Ecclesiam complura jam olim prædia ab Ottone II. Augusto nactam fuisse; tametsi in tabulis illis neque *Marchia*, neque *feudalium locorum nomina* diferte exprimantur.

Subinde Leopoldi Ducis filius Fridericus, bellicosus ille, & inquietus Princeps, ducta anno MCCXXIX. Agnete, filia Ottonis I. Ducis Meraniæ, sive titulo dotis, sive aliis, quæ ignoro, pactis, terras suas in Carniola ita amplificavit, ut anno MCCXXXIII. titulo *Domini Carniolæ* primus, quod sciam, & primum eo anno se scriberet, in charta relata a Cl. P. MEICHELBECK. Tomo II. pag. 12, quæ III. *Calendas Majas* exarata fuerat. Consequentium quoque annorum tabulæ, a Friderico isthoc Duce publicatæ, titulum *Domini Carniolæ*, Ducis Austriae Styriæque titulis adjungunt. Vide *Seccoviensis Episcopi Diplomata N. XI. Diplomat. S. Duc. Styriæ Parte I.* (Friderici Ducis, cum titulo *Dominus Carniolæ* Diploma „, Da- „, tum in Ertparch VIII. Kal. Martii Anno MCCXXXIV.) Item eodem anno Cl. LINKII *Annales Austria-Clara-Val- lenses* Tomo I. pag. 305. Item R. P. BERN. PEZ. *Codicis Diplomat. Epistol. Parte II.* pag. 85. Porro ad annum MCCXXXV. *Reverendissimi Hergotti Monument. Austr. Tomo I.* pag. 209. &c.

1233.
Fridericus
Dux Au-
striae, Do-
minus Car-
niolæ.

Enim

Enim vero Fridericum, ut alia multa, ita hunc titulum palam sibi, tribuere ausum fuisse, nihil miror; attamen Carniolæ pars major cum Labaco, Urbe præcipua, viciniaque, in Carinthiæ Ducum potestate & hisce annis, & deinceps fuit, uti dispicere licet e Serie *Diplomatica Ducum Carinthiæ*, a nobis proposita, ubi *Bernardus Dux Carinthiæ*, an. MCCXXXIV. fundat primo Cisterciensium Cœnobium in Landestrot, atque idem confirmat an. MCCXLVIII.) (Anno MCCXLIII. *Bernardus Dux Gyriensi* Cartusiæ donat aream pro extruenda domo in Urbe *Labacensi*, & alia his similia.

1234.
Engelber-
tus Mar-
chio intru-
sus.

Dum rerum istarum, quæque præcessere, nexum historicum considero, assentiri penitus vix possum iis, quæ apud Doctissimum P. HAHNTALER *Fætorum Campilil. Dec. IV. ſ.*
I. pag. 812. N. 39.) & pag. 1314. leguntur, tanquam scripta a PERNOLDO, auctore Synchrono, cuius verba ita habent, ad an. MCCXXXIV. post pacis, & nuptiarum pacta: „ Omnia „ splendide, & cum pace acta sunt F. (Friderico) Duci ob „ suæ Generositatis famam Carnioli, defuncto Marchione „ suo de Crainpurch, Angilberto sine liberis, Principatum „ suum obtulerunt.

Adeo a verisimilitudine hic abludunt pleraque, ut hæc PERNOLDO, olim assuta, & supposita dicere malim, quam iisdem acquiescere.

Quis enim vero Carniolæ Marchiæ, sane exiguæ re-
gionis, (ut eam possidebat Fridericus Austriacus) proceribus,

po-

populoque eam potestatem tribuat, ut sibimet, hac ætate, Principem deligerent? cur nullæ partes hic Patriarchæ Aquilejæ, aut Carinthiæ Duci, aut Cæsari denique tribuuntur? Quis ille *Angilbertus*, seu *Engelbertus Marchio Crainburgensis*, quem nullæ vicinorum Principum Historiæ, aut Genealogiæ, vel Diplomata indicant? *Engelbertum Marchionem de Kreiburg* (non Crainburg) lego MCLXX. postremum in *docum. Friderici I. Diplomatariorum Sacrorum Styriæ* pag. 279. Partis II. Sed locus Bajoariæ Kreiburg cum sit hic certus, ad *Crainburgenses Carniolæ*, ut puto, non facit. *Engelbertus III. Goritiæ Comes* jam circa annum MCCXX. obiit, filiosque duos reliquit heredes, neutrum nomine Engelbertum, uti ostensum est in *Tentamine Genealogico Comitum Goritiæ* pag. 110. &c. Alium vicinum Engelbertum hac ætate non novi. Si porro an. MCCXXXIV. obiit Carniolicus *Engelbertus*, ac tum denique *Friderico Duci* oblata est Carniola; cur ergo *Fridericus idem Dux* se jam anno MCCXXXIII. exeunte Aprili, *Dominum Carniolæ* appellat? sed hoc documentum ignotum fuerit *Pernoldo*, aut ejus interpolatori: atque nescierit porro, jam antea *Austriæ Duces Carniolæ* aliquid obtinuisse. Præterea leviora, quale est: *Fama generositatis Friderici Ducis* allectos fuisse Carniolos; qui fortasse potius fama violentiæ ac libidinis absterrerri potuissent: malunt plerumque populi clementem ac moderatum Principem, præ sui impotente ac belligoso, si libera sit iisdem optio.

Vereor, ne ex Engelberto Kreiburgensi, Crainburgensis enatus sit Marchio. *Aventinus Sæc. XIII. Engelbertum Crainburgi in Bavaria Marchionem facit, & genus ejus enarrat, qui obiit sine liberis. AVENTIN. Annalium Bojorum Lib. VII. pag. 694. Edit. 1554.)* Utut sit, Fridericus Dux Austriacus Carniolæ portionem qua emtione patris sui Leopoldi, qua dote Agnetis Meraniæ consecutus, *Dominum Carniolæ*, (non *Ducem, Principemve, non Marchionem,*) seu permittente, seu dissimulante Cæsare, & Patriarcha Aquilejæ, se anno MCCXXXIII. scribere cœpit, quin tum Carniola tota potiretur, cuius pars major Ducum Carinthiæ erat. Diploma MEICHELBECKIUS refert, de quo superius.

1245. *Nacta est Carniola spem tituli Ducatus.* Fridericus II. Cæsar, eidem Friderico Duci Austriæ, quem antea exauditoraverat, omnino conciliatus, etiam sanguinem gratiam circa an. MCCXLV. seu contulit, seu potius obtulit, paravitve, qua potestas ipsi fiebat, Austriam & Styriam Regis titulo possidendi, & Carniolam in Ducatum erigendi. Apud PETRUM DE VINEIS Diploma illud legitur, quod effectum tamen fortitum non fuit; cum anno proxime sequente Fridericus Dux occubuerit. Hæc plenius tractata vide sis in *Annibus Austriae R. P. CALLES S. J. Tomo II. pag. 337. &c.* ubi hæc charta, anni ac diei notis destituta, refertur probabiliter ad an. MCCXLV.

Illa Friderici bellicosi, titulum Domini Carniolæ usurpandi libertas, Ducibus Carinthiæ merito displicuisse vide-

tur;

tur; quare *Bernardo Duce* (qui in assumto, & jam diu usurpato solo *Ducis Carinthiae* titulo nihil mutandum censuit) mortalibus exemto, filius ejus *Ulricus Dux* primo statim regimenis sui anno (& jam etiam antea apud *MEICHELBECKIUM*) se *Ducem Carinthiae*, & *Dominum Carniolae* scripsit, ubi videre licet in *Serie nostra Ducum Carinthiae illustrata* ad annos **MCCLI.** & **MCCLVI.** quo posteriore anno *Bernardus Dux* obiit. Proximi etiam post *Ulricum Carinthiae Duces*, cum *Philippus*, tum & *Ottocarus Rex Bohemiæ* (post obtentam **MCCLXX.** mortuo *Ulrico Duce*, *Carinthiam*) se se *Dominos Carniolæ* scripsere; ast *Mainhardus deinde*, & filii, *Duces Carinthiae*, *Domini Carniolæ* compellatione abstinuere in *Austria* corum *Ducum* gratiam, ut opinor, de quibus mox plusculum.

Si *BELLONO*, & *ANONYMO LEOB.* credimus, **1261.** *Ulricus Dux Carinthiae*, pro se, & *Philippo fratre*, dedit Patriarchæ *Gregorio Laybacum*, & alia; sed eadem illico feu-di titulo recepit circa annum **MCCLXI.** Enim vero hac ætate a Patriarchis *Aquilejæ* *Marchiones* quosdam, minoris ordinis, constitutos fuisse, qui *Marchionis Istriae*, & interdum *Carniolæ* quoque titulo honorabantur, docuimus sub finem *Capitis IV.*

1276.
1277.
1282.
Albertus I.
Dux Austriae, &
Styriae,
Dominus
Carniolæ.

Bonis pæctis anno **MCCLXXVI.** *Rudolfo Regi Austriae*, *Styriæ*, *Carinthiam*, & *Carniolam* cessit, dein de-victus & occisus **MCCLXXVII.** *Ottocarus Rex*, ac *Dux Carinthiae*, ac *Dominus Carniolæ*. Rudolfus victor, Carinthiam

& Carniolam, jam antea per Meinhardum Tyrolensem an. MCCLXXV. occupat, Imperii nomine, eidem Meinhardo regendas commisit: *Carniolam* præterea etiam pignoris titulo Meinhardo pro mutuo datis XX. millibus Marcarum Rudolfus concessit, teste *Continuatore Martini Poloni* ad an. 1286.

Anno MCCLXXXII. Rudolfus Cæsar Alberto & Rudolfo filiis Austriam, Styriam, *Carinthiam* (sed hanc, jure postliminii reservato, Meinhardo sepositam destinabat) & *Carniolam* contulit, quarum possessionem (dempta Carinthia, & Carnioliae majore parte, quæ vel oppignorata erat Meinhardo, vel Carinthiæ propria) adiit Albertus, sumto titulo: *Albertus DEI gratia Dux Austriae, & Styriae, Dominus Carniolae, Marchiae, & Portus Naonis &c.* In hoc titulo, cum *Carniola* a *Marchia* discernatur, citra dubium intelligenda videtur *Marchia Vinidorum* seu hodiernæ Carnioliae pars orientalis, & *Croatiae* contermina.

*An possede-
rit Carnio-
lam Alber-
tus?*

Possederitne Albertus I. Carniolam, & Marchiam *Vini-*
dorum, an solo titulo & jure reservato gavisus sit, decide-
re non ausim. Sane posteaquam anno MCCLXXXVI. die I.
Februarii Meinhardus, antea Tyrolis & Goritiæ Comes, Dux
Carinthiæ renunciatus est, atque idem fratrem suum Alber-
tum II. Goritiæ Comitem, Palatinum Comitem Carinthiæ, si
Anonymous Leobiensis fides, solemni ritu constituit; certa subinde
documenta occurrunt, queis docemur: Labacum, & Carnio-
liæ magnam partem Meinhardo Duci, Marchiam vero Vini-
do-

dorum, & Mötlingam, cum portione mediterranea Istriæ, Alberto II. Comiti Goritiæ, & Alberto III. & IV. Goritianis deinceps fuisse obnoxias. Has Marchæ Vinidorum, & partis Istriæ terras, aut ex Merania hereditate post Ottonis II. Ducis obitum anno MCCXLVIII, Goritiani accepere, aut cum Carinthia Meinhardus acceptas, fratri Alberto contulit, Latino Carinthiæ.

Nonnullas assertorum probationes subjicio. Anno Goritiæ Comites Carniolæ posse sedere. MCCLXXXVI. Albertus II. Com. Goritiæ Fradnicensi in partem Carniolæ posse sedere. Carnolia Cartusiæ immunitatem a vectigalibus largitur, in iis locis, quæ ad mare Adriaticum procurrunt, & in Marchia Vinidorum. Ita P. MARTINUS BAUZER S. J. Rerum Noricarum, & Forojuliensium Lib. VI. N. 7. in MSto. Eodem teste, eodem Libro VI. N. 78. Anno MCCCXXV. Albertus III. Alberti II. filius, Comes Goritiæ, Pisini in Istria, cum nobilibus Istriensis suæ ditionis, conventum celebrat, atque cum Patriarcha Aquilejæ Pagano Turiano, cumque Venetis de limitibus Istriæ solemniter transfigit. Sed & antea MCCCIII. Albertus II. Comes binis tabulis, quas in Tentamine Goritiensi Chronologico adduximus, se possessiones in Istria, in Carst, in Marchia (Vinidorum) & in Carniola habuisse declarat.

Albertus quartus Comes Goritiæ anno MCCCLXIV. Idem Austriae certis partibus Carniolæ permanent. Viennæ die Jovis post S. Petronellæ cum Austriae Ducibus mutua, in casum mortis sine herede, successionis pacta init, queis Albertus Comes, Rudolfo, Alberto, & Leopoldo Du-

cibus cedit Goritiam, *Istriam*, *Metlingam*, Lontium, & *Palatinatum* Carinthiæ certis conditionibus. Econtra Rudolfus Dux se obligat ad solvenda Judæis debita Alberti Comitis &c. Tabulas integras vide apud **ANT. STEYERER.** S. J. *Commentar. pro Hist. Alberti II.* pag. 399. Vi horum pæctorum, ut opinor, mortuo Alberto IV. Goritiano, an. MCCCLXXIV. *Istria* & *Metlinga* Austriacis cessit, easque Carnioliae tunc unitas fuisse refert **BARO VALVASORUS** *Lib. X.* pag. 258. ex *Notitia Provinciæ*.

Porro anno MCCCLXV. Albertus IV. Goritiæ Comes, tertii filius, *Incolis Istriæ*: & alio diplomate *Marchiæ Vinidorum*, & *Metlingæ* privilegia comprobat. Utramque chartam refert **LÜNIG** *Arch. Imp. Parte spec. Cont. I. Tom. II. ſ. IV. N. 118. a pag. 195. ad 198.*) Hæc, atque his similia, mihi persuadent, ad Austriacam Domum Istriæ partem, cum Marchia Vinidorum, reipsa & integra possessione, non nisi post mortem Alberti IV. Comitis Goritiæ, (ex pæctis an. MCCCLXIV. initis) anno MCCCLXXIV. transiisse; tametsi titulo *Carnioliae*, & *Marchiæ Vinidorum* Austriaci jam inde ab Alberto I. Duce Austriæ gauderent, ac dein prædia fortasse quædam in Istria & Metlinga pæctis, pignore, vel emtione obtinerent.

Certiora fiunt hactenus dicta per diploma Friderici III. Auguſti, quo, *Dato Labaci, die Mercurii ante Dominicam Reminiscere in Quadragesima an. MCCCCXLIV.* Confirmat pri-

vilegia Metlingenſium, & Marchæ Vinidorum, ac profitetur, eas terras ab Alberto Comite Goritiæ, bonæ memoriae, ad Austriacos Principes Majores suos, atque ad se esse devolutas.

LÜNIG R. A. Parte spec. Cont. I. T. II.

Meinhardum porro, Ducem Carinthiæ, in Carniola se Meinhardus Dux quid in Carniola ?
Principem, attamen sine titulo illo, gessisse, præter alia, ostendit diploma, quod exhibit BARO VALVASOR Carnioliæ Lib. X. pag. 235. Eodem: Meinhardus Dux Carinthiæ, Tyrolis Comes, Tridentin. ac Brixinens. Ecclesiarum advocatus, eximit Cœnobium Carnioliæ in Freudental a mutis quibusdam, ac teloneis in Rupp, & Hulle. Datum Laybach die VIII. Februarii MCCLXXXVIII.

Post Meinhardum, filii ejusdem, uti in Serie Ducum Carinthiæ dictum est, Carinthiam rexere, & Carnioliæ potiorem partem, ast etiam sine titulo Domini Carniolæ; quod eo titulo uteretur familia Austriaca, cui cognata stirps Meinhardi multum debebat. Filiorum Meinhardi postremus Henricus anno MCCCXXXV. die IV. Aprilis extinctus est, nullo filio relicto, sed filia Margaretha Maultasch, conjuge Johannis Henrici, filii Johannis Lucenburgii, Regis Bohemiæ. Eodem anno Ludovicus Imperator Alberto II. Duci Austriæ, & Ottoni ejus fratri, Ducatum Carinthiæ confert, cuius ipsi possessionem capiunt, atque una majoris Carnioliæ partis potiuntur, quæ cum Labaco urbe, Carinthiæ Ducatui ad id usque temporis conjuncta legebatur. Atque adeo ab hoc anno MCCCXXXV.

1335.
Albertus II.
Otto
Austriaci
Carinthiam
& Carnioliam obti-
nent 1365.
totam.

Au-

Austriaci Principes, titulum *Domini Carniolæ* pleniore cum professione consociarunt, Goritiensium tamen Comitum portione in Metlinga & Iстria, nondum imminuta, uti patet ex Diplomate anni MCCCLXV, quod ab Alberto IV. Goritiæ Comite publicatum indicavimus, post cujus obitum Austriaci plenissime, quanta est hodie, Carnioliam possedisse videntur. Quando ad felicissimum Augustæ Domus Habsburgo-Austriae in Carniola regimen delapsi sumus, illud eruendum restat, quo primum anno, loco tituli: *Dominus Carniolæ*, alter: *Dux Carniolæ*, & a quo sit usurpatus; atque adeo quando *Ducatus* honore reapse aucta sit Carnolia?

1364.

1365.

*Rudolfus
IV. Dux
Carniolæ
primus.*

Inter Diplomata Runensis Cisterci Diplomatari. Sacr. *Ducatus Styriæ* P. II. N. LII. Rudolfi IV. Ducis Austriae, chartam produximus, datam Viennæ Dominica Reminiscere an. MCCCLXV, in qua Rudolfus scribitur non jam *Dominus*, sed *Dux*, vel in consortio aliorum *Ducatum*, *Archidux.... Carniolæ*. Runensis Codicis illius collector addidit sequentia: „Adverte, quod in hoc diplomate prima vice Rudolfus „Carnioliam inter *Ducatus* numeret.) Hoc manuscriptum, istamque animadversionem, bona fide retulit BARO VALVASSORUS Carniol. Lib. X. pag. 253.

Verum ex Diplomatibus, a R. P. ANTONIO STEYER S. J. in Commentariis pro Historia Alberti II. Duc. Austr. pag. 379. & 399. adductis, colligo: epocham tituli *Ducis Carniolæ* affigendam esse anno MCCCLXIV. intra XVI. Martii,

tti, & Maji VIII. diem, quod ita ostendo. In diplomate dato VI. Idus Februarii MCCCLXIV. seu VIII. Februarii: item in tribus chartis, datis die S. Scholasticæ, seu die Lunæ ante S. Valentini, id est X. Februarii, Rudolfus IV. eodem anno appellatur: *Dux Austriae, Styriae, & Carinthia*æ, *Dominus Carniolæ, Marchiæ, & Portus Naonis.* Demum pag. 399. Dum Rudolfus IV. confirmat privilegia Cænobii Stamsensis in Tyroli, ita scribitur: *Rudolfus quartus DEI gratia Archidux Austriae, Styriae, & Carinthia*æ, *Dominus Carniolæ, Marchiæ &c.* Aëtum & datum Viennæ XVI. die Martii, Anno Domini MCCCLXIII. etatis nostræ XXV. Regiminis vero sexto anno. Verum eodem anno in diplomate dato die Mercurii post inventionem S. Crucis, id est, VIII. Maji MCCCLXIV. item in alio die Jovis post Petronillæ, seu VI. Junii, titulus Rudolfi legitur: *Archidux (vel Dux) Austriae, Styriae, Carinthia*æ, & *Carniolæ, Dominus Marchæ Vinidorum, & Portus Naonis.* Sei Germanice: *Herzog (vel Ertzherzog in alio) ze Oesterreich, ze Steyer, ze Kernten, und ze Crain: Herr auf der Windischen March, und ze Portenau.*

Quemadmodum Rudolfus IV. primus Austriacorum an. *Rudolf IV. ingenium.* MCCCLIX. se Palatinum Archiducem, seu Pfalenz Erzherzog, ita primus item Ducem Carniolæ an. MCCCLXIV se se publicis in literis compellavit; utrumque, nisi fallor, splendoris suæ gentis, & antiquitatis studiosus, ac sublimium designationum plenus Princeps, desumfit ex antiquis juribus ac pri-

vilegiis, Austriacis Principibus per Imperatores olim indultis. *Archiducem Palatinum*, Ducem *Austriæ* appellari posse, noto illo privilegio Fridericus I. Imperator constituit: *Carnioliam* vero ad *Ducatus* honorem extollendi Fridericus II. Cæsar circa an. MCCXLV. Friderico bellicoso *Austriæ* Duci potestatem fecit; utroque jure usus est Rudolfus quartus, eosque titulos Char-
tis & Sigillis suis primus inserendos curavit. Nulla deinde Principum seu Ducum Carnioliae mutatio insignis fuit, sed ex Augusta Austriadum Domo Clementissimos Dominos na-
ta est Carniola, eosdemque Duces, seu Archiduces, quos Carinthia ac Styria, atque a Ferdinandi II. temporibus eos-
lem, quos Austria Archiduces, & Germania Imperatores est
venerata, hodieque in MARIA THERESIA Augusta vene-
ratur, atque in regiminis thorique Augusto Consorte,

FRANCISCO Romanorum Imperatore, quos

DEUS diutissime servet.



C A P V T VII.

De Comitibus Palatinis, & Landgrafis Carinthiæ.

Vide Tabulam V. & VI. Genealogicam.

In Franconico, Germanicoque Regno, de quo hic sermo, *Quid Palatini Comitis titulus, ac munus a cura Palatii Regis, aut Imperatoris, ortum habet; aliquo enim in Palatio, absente Principe, jus dicebat is, qui Comes Palatii, seu Germanice Pfalenz Graf, sive Pfalz-Graf appellatus est. Integræ Provinciæ interdum Judex constituebatur Comes Palatinus, soli Principi subiectus; porro sine consilio & consensu Palatini Comitis, ne Duci quidem ejus regionis magni momenti negotia pertractare licebat. Administrabant quoque Principis quædam prædia, terrasque Palatini Comites, ea præcipue, quæ ad Palatii, atque ad ejusdem famulitii sumptus tolerandos spectabant.*

Ab undecimo circiter post Christum Sæculo, uti *Duces, & Marchiones, ita & Palatini Comites, qui omnes fortasse olim ab Regis pendebant arbitrio, Prædia ac dignationem ipsam hereditaria sensim familiæ suæ attribuerunt, contentiente nonnunquam, aut dissimulante Principe, in arctis constituto. Palatinos inter Comites eminebant Palatini Ba joariæ, præcipue e Schirensium stirpe, qui multis ad Rhenum quoque possessionibus ditati, subinde velut per eminentiam aliquam Palatini Comites, vel Palatini Rheni, vel a stirpe: de Witelsbach, aut: Palatini de Schira &c. appellati sunt: soli*

que fere hodie veterem hujus tituli dignationem sustinent. Neque enim isthic illis de *Palatinis Imperialis aulae Comitibus* sermo est, quorum haud ita vetus appellatio, cum privilegiis nonnullis, literatis quibusdam Viris, etiam nulla generis nobilitate conspicuis, Cæsarlis indulgentia tribuitur.

*Carinthiæ
Palatini
Comites
quam ve-
tusti.*

Sed ad *Carinthiæ Palatinos Comites* veniamus. Separatus anno DCCCCLXXVI. a Bajoarico *Carinthiæ Ducatus* anne illico proprium sit nactus *Palatinum Comitem*, aut an antehac quoque in *Carinthia Comes Palatinus* resederit, magnopere dubito, propter obstinatum veterum documentorum silentium. Enim vero nullum *Palatium Regium*, & vero ne Villam quidem *Regiam* in *Carinthia* propria olim memoratam invenio. *Mosburgum arx vetus Carinthiæ*, anne sit illa *Curtis Carontana*, cuius *Annales Fuldenses ad an. DCCCLXXXVIII.* meminere, incertum esse censet, ipse doctissimus *Gottwicensis Abbas GODEFRIDUS*, in egregio de *Palatiis Regiis &c.* opere. Attamen cum *ANONYMUS LEOBIENSIS ad annum MCCLXXXVII.* memoret *Mosburgum arcem Palatinorum Carinthiæ Comitum* possessionibus attributam fuisse, probabile fit, ibidem curtem, aut *Palatum Regium*, præsertim *Carolomanni*, & *Arnulfi ætate* fuisse, unde consequeretur, probabiliter etiam *Comitem* illic *Palatinum* consedisse; sed altum de hoc titulo silentium. *BOLLANDUS ad d. V. Februarii pag. 721. &c.* De Agatha Hildegarde agit, quam *Pauli Comitis Palatini Carinthiæ* conjugem appellat circa annum MXXIV. Sed hæc omnia

fa-

fatetur sola vulgi traditione constare, quorum si cetera antiqua, veraque crederem maxime, at titulum illum minime.

Enim vero Palatini Comitis Carinthiae institutio, si credimus LAZIO Lib. VI. de Migrat. Gent. p. m. 173. & Comment. Reipubl. Rom. Lib. XII. Cap. II. pag. 1024., debetur Henrico II. Cæsari, Regive, qui Ezelino eam dignationem contulerit. Verba LAZII sunt de Ezelino : „ Primus namque ab Henri- „ co Cæsare Palatinus Carnorum creatus, & Salvredo oppido „ Thuringiæ donatus &c. Hunc Ezelinum ex Andechsiis oriundum, patrem Alberti facit, qui primus Goritiæ Comes ab eodem LAZIO vocatur, atque idem Albertum hunc Carinthiæ Palatinum appellat. Verum hæc sine idoneo teste probata sunt. Nisi me fallit conjectura, Ezelinus iste idem videtur cum Cazelino, quem CELEBERR. P. RUBEIS, Monument. Aquil. pag. 546. &c. Comitem Palatinum scriptum sub exitum Sæculi XI. invenit, & Carinthiæ Palatinum fuisse suspicatur.

Sed minime confecta res est : Cacelinum Comitem in Istria quidem, Carinthia, & Forojulio complura possedit esse constat, ac circa Sæculi undecimi finem obiisse; at enim in unico documento, ac in eo semel tantum, in titulo præfixo legitur : Cacelinus Comes Palatinus, apud laudatum P. RUBEIS, qui addit : Chartam istam perquam putido anachronismo scatere: in eadem vero, & aliis in chartis, nonnisi Comes Cazelinus invenitur. Habeo integrum apographum tabularum fundationis Canonicorum in Dobrendorf, hodie Eberndorf in

Eorum pri-
ma memoria
dubia in
Sæculo XI.

Carinthia, in quibus Wodalricus Patriarcha Aquil. an. MCVI. binis vicibus *Cazelinum Comitem*, jam defunctum, commemo-
rat, nulla *Palatini* mentione, multoque minus *Palatini Carin-
thiae*. Nihil ergo satis firmum suppetit, quo certo persuadea-
mur Goritiæ Comites jam Sæculo XI, publico cum titulo
Palatinos Comites Carinthiae extitisse; tametsi negare quoque rem
ipsam non possimus. **LAZII** Ezelinus temporibus Cazelini
satis congruit.

*Sequentes
item Literæ
Sæculi
XIII.*

Subinde ad Sæculum usque tertium decimum nulla
Palatinorum Carinthiæ se mihi obtulit memoria, & vero hæc
ipsa difficultate dubiusque non caret. Literæ binæ a BOL-
LANDO ad diem V. Februarii pag. 722. prolatæ sunt, quibus
Albertus quidam Comes, anno MCCXXXVIII. *Palatinus Comes
Carinthiae* scribitur. Literas istas in Tentamine Genealog. Chronol.
Comitum & rerum Goritiæ pag. 125. retulimus, atque *Alberto
Comiti Tyrolis*, adscripsimus; neque eam sententiam in præ-
senti mutamus, sed aliquid hisce apographis literis a recen-
tiore manu adjectum fuisse arbitramur.

Enim vero literarum prædictarum pleniora apographa,
inter Manuscripta adversaria R. P. SIGISMUNDI PUSCH. S. J.
inveneram, libetque Tabulas istas, priores quidem integras,
postiores autem, fere conformes prioribus, necessaria sui
parte repræsentare; quando præsertim apud BOLLANDUM,
loco citato, priorum Tabularum fragmenta duntaxat, posterio-
rum solus titulus exhibentur. Priores itaque Tabulæ,
queis

queis Bertholdus Patriarcha Junensi Ecclesiæ in Carinthia,
quædam confert, ita habent:

„ Bertholdus DEI gratia Sanctæ Aquilejensis Eccle- *Literæ Patriarchæ E*
 „ siæ Patriarcha, universis præsentem paginam inspecturis *Com. Alber-*
 „ *ti Anno 1233.*
 „ salutem impertimur. Universitatem tam futurorum, quam
 „ præsentium scire volumus, quod nos Ecclesiam S. Lau-
 „ rentii in Stain Vallis June propter miraculorum insignia,
 „ quibus eadem Ecclesia nostris mirabiliter refulsa temporis
 „ bus, a jurisdictione & potestate, quam Junense Monaste-
 „ rium ex concessione Aquilejensis Ecclesiæ in prædicta ob-
 „ tinebat, de consensu & voluntate Franconis præpositi, &
 „ Conventus Monasterii in Oberdorff memorati, duximus
 „ eximendam, (*deest hic aliquid*) apud Ecclesiam S. Danielis
 „ prope Stain, ita quod Ecclesia prælibata ad nos, & suc-
 „ cessores nostros tantum pertineat, nec Archidiaconus, nec
 „ (forte: *Episcopus*, vel aliud) vel Archipresbyter, vel Judex
 „ sacerdotalis aliquid in ipsam Ecclesiam sibi vendicet potestatis:
 „ & præsertim Ecclesiam (*redundat hæc vox*) volumus, quod qui-
 „ libet plebanus ibidem in Stain Vallis June plenam potestatem,
 „ & auctoritatem habeat in perpetuum præsentare, & con-
 „ firmare illos duos præbendarios, quos Dominus Alber-
 „ tus Comes de Tyrolis fundavit, & ordinavit, & *singulo-*
 „ *rum* (forte: *singulos*) Colonorum hujus prædictæ Ecclesiæ
 „ destituere, & instituere valeat ad honorem DEI, & San-
 „cti Laurentii, & B. Hildegardis.

„ Ad

„ Ad ejus rei evidentiam nobilis Vir Albertus Co-
 „ mes de Tyrolis , qui præsens extitit , cum hæc acta sunt
 „ apud Velacum , præsentem paginam sigilli sui munimine
 „ roboravit in præsentia Meinhardi Comitis Goritiæ , & Ber-
 „ tholdi Archidiaconi Velacensis , Magistri Philippi Cencii
 „ Aquilejensis , Doctoris Friderici Plebani de Stain in Car-
 „ niola , Ruperti Capellani in Trovaii & aliorum . Anno
 „ Domini MCCXXXVIII. III. die exeunte Aprili , Indictio-
 „ ne Undecima .

*Comitis
ejusdem
alia literæ
cum titulo
suspecto.*

Huic documento Latino subiectum est Germanicum
 Alberti Comitis , isthæc sua etiam potestate firmantis , ubi
 eadem pene verba repetuntur , quibus prius documentum con-
 stabat , nisi quod isthic quædam minus vitiose scripta sint .
 Reddam latine , quæ in reī sunt .

„ Nos Albertus Comes Palatinus Carinthiæ , Comes
 „ Goritiæ & Tyrolis , Aquilejensis & Brixinensis Ecclesiæ Ad-
 „ vocatus , universis præsentem paginam inspecturis salutem
 „ impertimus . Universis , tam præsentibus , quam futuris ,
 „ notum facimus , quod Ecclesiam S. Martyris Laurentii ,
 „ in Stain vallis June , propter miracula & signa , quæ no-
 „ stris temporibus in eadem Ecclesia illustri modo exhibuit ,
 „ & præstítit , tenerum ac verum Christi corpus in mani-
 „ bus Sacerdotis : intuitu hujus laudabilis divini obsequii præ-
 „ dictam Ecclesiam exemimus , favore & voluntate dilecti fra-
 „ tris ac Domini nostri Bertholdi Patriarchæ Aquilejensis ,

„ ab

„ ab omni Ecclesiastico ac civili judice , jure , & admini-
 „ stratione , quæ isthic competebant Monasterio Oberndor-
 „ fensi in Valle June , quæque feudi titulo ab Ecclesia Aqui-
 „ lejensi habebat , idque totum favore & voluntate Præpositi
 „ Franconis & Conventus prædicti Monasterii permutavimus ,
 „ redemimus , & accepimus , pro prædiis sitis ad Ecclesiam
 „ S. Danielis in Valle June .) Hæc postrema desunt in latinis
 tabulis Patriarchæ . Reliqua fere , uti in præcedente documento ,
 decurrunt.

Titulum initialem hujus *Alberti Comitis*, in hoc Germano apographo ab imperito descriptore amplificatum fuisse Crisis tituli Palatini Carinthiae. suspicor , ad eam formam , qua post Sæculi XIV. dimidium usi sunt Comites Goritiæ : atque hic Albertum Tyrolensem cum Goritiano male confusum esse.

Operose in *Goritiensi Tentamine* ostendere conati sumus , Illustrissimus D. CORONINUS Comes , & ego , *Albertum* , qui isthic se *Palatinum Carinthiae* , *Comitem de Goritia* , & *Tyrolis* , *Advocatum Aquilejensis Ecclesiae* , & *Brixinensis* , appellasse fertur , non posse dici *Albertum Goritianum* , sed *Albertum Tyrolis Comitem* ; neque ista de sententia in præsenti decedo . Verum tituli ratio alium ea in re mihi scrupulum ingerit . Si anno MCCXXXVIII. sive *Albertus Goritanus* , sive *Albertus potius Tyrolensis* , jam titulo *Palatini Carinthiae* usus est , ecur titulus hic tam splendidus nuspian , neque antehac in chartis Comitum Tyrolis (quod sciam) & vero ne in ipsis quidem

prioribus tabulis, quas modo retulimus, neque deinceps sive in Tyrolis, sive in Goritiæ Comitum documentis antiquitatis certæ se se prodit, usque ad annum MCCCLIX. etiam ibi, ubi plenum adhibuisse titulum Comites Goritianii videntur? Attamen Goritianii Comites Tyrolensium Comitum terras, & jura primum ex parte, dein Hirsbergio Comite mortuo, plenius etiam sunt adepti.

Attamen cum Gorianos Comites ex eadem cum Tyrolensibus Comitibus stirpe descendisse, probabile censemus, cumque Leontium Tyrolim inter & Carinthiam, vel in hac potius olim situm, Palatinorum Carinthiæ Comitum Sedes fuerit, Tyroli postea adscriptum; non abhorret a verisimilitudine, Palatini Carinthiæ Comitis titulos ac fortunas post obitum ultimi Tyrolensium Comitis Alberti, ad Gorianos esse translatas post annum MCCLIII: dummodo aliqua saltet syncero in documento ejus tituli se se proderent vestigia, quæ ab Sæculi demum decimi quarti dimidio aut circiter, deprehendimus, continuo deinceps tituli *Palatini Comitis Carinthiæ* apud Gorianos Comites usu, atque ita recepto, ut is titulus ceteris omnibus anteponeretur, & prærogativæ instar soli fere natu maximo inter fratres tribueretur.

*Alia charta
titulo am-
biguo, an.*

Aliam quidem chartam, quæ satis antiqua visa est, præclara sua industria nuper e tenebris extraxit, *Illusterrimus Comes RUDOLFUS CORONINUS*, latentem inter documenta *Illusterrimi Baronis de DORNBERGCK*, ubi anno MCCLVII.

Mein-

Meinhardo III. Comiti Goritiæ, sequens titulus, chartæ initio
adscriptus legitur : „ Menhardus de Guriza & Tyrolis, &
„ Palatinus Comes Carinthiæ, & Ecclesiarum Aquilejensis,
„ Tridentinæ, ac Brixinensis Advocatus, omnibus notum fa-
„ cit, qualiter restituit nobili fideli suo Leonardo de Dorn-
„ bergck prædium Strain, cum omni jure &c. . . Datum
„ Goritiæ VII. intrante Octobri, in Villa in hypocausto dicti
„ Leonardi de Dornbergck MCCLVII.)

Quando huic chartæ neque sigillum (quod quidem
abesse hoc loco, & hac Goritiensium Comitum ætate poterat)
neque *Subscriptio Notarii* adjuncta comparet; videtur hoc non
autographum, sed transumptum esse documentum, in cuius
titulo, uti nonnunquam fiebat, transumptor *titulum Comitis*
Goritiæ, sua ætate usitatum, veteri simpliciori substituisset,
quod post Sæculi XIV. dimidium acciderit. Sane anno
MCCLVII. vix tum auderem Meinhardum III. Goritianum,
Advocatum Brixinensem appellare; cum ex documentis, in *Chro- nico Goritiensi* indicatis, doceamus: anno MCCLIV. *Advoca- tiam Brixinensem*, in divisione fortunarum Alberti Tyrolii
Gebhardo Comiti de Hirsberg cessisse, atque etiam eundem,
sub finem anni MCCLVI, viventem comparere.

Tandem anno MCCLXXXVI. paullo minus ambigua, *Albertus II. Comes Goritiæ, Palatinus Carinthiæ*
tametsi non diplomatica, de *Comite Palatino Carinthiæ*, nempe *de Alberto II. Goritiano*, Meinhardi Ducis Carinthiæ fratre, ^{1286.}
se fe ostendit notitia apud *ANONYMUM LEOBIENSEM*, Hieron.

Pez. Tomo I. pag. 858. & sequ. ubi de ritu inaugurandi Ducis Carinthiæ, deque Meinhardi adito Ducatu agens, ita scribit: „ Comes autem Goritiæ, quia Palatinus est, cum XII. vexillis „ lateri Principis adhærebit. Deinde post enarratas ceremonias subjungit Chronologus: Admonitum a Meinhardo Duce fuisse fratrem, ut terras, quas Palatinus Comes fiduciario jure ab Duce Carinthiæ haberet, ipse Albertus flexo genu pro more ab se reciperet. Hæsitasse tum Albertum Comitem, ac submissionem illam erga fratrem aversantem, petiisse, ut filio potius suo ea conferrentur. Reposuisse Meinhardum Ducem: si ipse Albertus ea nollet, suorum potius filiorum uni prædicta prædia & arces se se collaturum; amicorum consilio denique se submisisse Albertum, & Palatinatus feuda de genibus suscepisse.

*Palatinus
Carinthiæ
ejus Duci
obnoxius.*

Quædam hic nonnulla consideratione digna occurunt. Primo: *Palatinus Comes Carinthiæ* non jam ab Rege Germaniæ, sed ab Duce pendere, suaque eidem debere conspicitur. Istud luculentius etiam patebit e diplomate Alberti II. Ducis Austriae & Carinthiæ, quod inferius integrum dabimus, ubi Goritiæ Comitibus *Palatini Comitis Carinthiæ* dignationem, jura, ac possessiones, nulla hereditarii juris mentione facta, propter merita, obsequia, & impensas in bello factas, ipsis & eorum heredibus veluti de integro an. MCCCXXXIX. Dux Albertus feudi titulo largitur. Evidem Wenceslaus Cæsar nonnihil hac in re vetera Regum jura instaurare voluisse videtur, dum di-

diplomate dato Lucemburgi ultima Aprilis MCCCXCVIII. Henrico & Johanni Comitibus Goritiæ Palatinatum Carinthiæ aliaque dat, vel confirmat his verbis: *Die Psalenz-Grafschaft zu Kærndten, und Bann, Achte, Zælle, Münze, Wochenmarkt, und Leben, von der Hand zu leiben, und alle andere Leben, die sie zu recht von dem heiligen Römischen Reich herbracht haben.* Sed hæc generica omnium jurium confirmatio nihil Ducum Carinthiæ jam stabilitæ auctoritati offecerit.

Secundo: ANONYMUS LEOBIENSIS proprias Palatina-
tus possessiones commemorat, ac de nomine *Castrum Mosburg,*
Palatinatui proprium, appellat. Præcipuum inter Palatini Ca-
rinthiæ terras & Castra locum obtinet Urbs *Leonzium*, seu
Lonzium, aut *Loncium* (Luenz) cum suo districtu, de quo,
alias inter notitias, charta Meinhardi VII. Com. Goritiæ, de
fundato ab eodem Loncii Carmelitarum Monasterio ita memo-
rat: „*Cœnobium fundavimus & ædificavimus Lontii in nostra
„Civitate Palatinali.*“ Hoc documentum commemoravit ad
an. MCCCLXIX. P. MARTINUS BAUZER S. J. in *MSto Syl-
labo Comitum Goritiæ.* Porro vicinam Lonzio regionem Go-
ritiæ Comitibus, Carinthiæ Palatinis, paruisse, collegit Cl.
SPERGESIUS ex literis concordiæ inter Johannem Ducem Ba-
variæ, nomine conjugis ipsius Catharinæ de Goritia, & in-
ter Johannem Episcopum Gurensem, tutorem Henrici & Jo-
han. Meinhardi Comitum Goritiæ, *datis Salzburgi die Omnia
Sanctorum MCCCLXXXV*, ubi terrarum tractus circa Dravum

in Carinthia, Palatinatui ejus proprius commemoratur. **Virtus Netlichius** Sæculi XVI. Scriptor in memorabilibus de *Dynastia Loncensi*, ad Palatinatum Carinthiæ spectasse perhibet *Valles duas*, quas vernacula appellant: *Das Draa-Thal*, & *Das Mel-Thal*. Itaque Palatinatus Carinthiæ non inani solum titulo ac dignatione consistebat, sed perutilem etiam terrarum tractum, Comiti Palatino obnoxium, complectebatur.

Sero Goritiæ usitato Comitis Palatini Carinthiæ. Tertio: Illud mirum nonnihil mihi visum est: Comites Goritiæ & ante, & post annum MCCLXXXVI. nunquam suis in chartis sibi attribuisse titulum *Comitis Palatini Carinthiæ*, usque ad an. MCCCLIX, quantum ego quidem observaram, etiam illis in chartis, ubi pleno titulo usi videbantur, atque in negotiis Carinthiæ propriis. Porro in divisionibus terrarum, atque ipsorum titulorum, quales cum inter Gebhardum Comitem de Hirssberg, & Meinhardum III. Goritiensem, heredes Alberti ultimi Tyrolensis an. MCCLIV: tum inter Meinhardum IV. & Albertum fratres Goritiæ Comites, MCCLXVII. suscepæ sunt, nulla fit mentio tituli aut dignationis *Comitis Palatini Carinthiæ*. Chartas istas memoravimus in *Tentamine Chronologico Comitum & rerum Goritiæ*. Aliæ tabulæ Comitum Goritiæ, cum prolixo titulo, sed sine *Comitis Palatini* mentione, videri possunt apud **MEICHELBECK** *Histor. Frisingensis Tomo II. P. II.* ad annos MCCLXVI. pag. 48. & 50. ad an. MCCLXXIII. pag. 71. Porro *ibidem* ad annos MCCLXXXIII. MCCLXXXV. & ad ipsum MCCLXXXVI. fed

sed ante Palatini investituram , pleno titulo Goritiani , sine Palatini Comitis titulo leguntur. pag. 106. 120. 123.

Ea res suspicionem mihi ingessit , fueritne ante Mainhardum Ducem , seu ante annum MCCLXXXVI. Goritiani Comites Palatini Carinthiæ , aut an omnino ea dignatio in Carinthia antehac obtinuerit ; cum anteriora documenta , Palatinum Carinthiæ memorantia , dubiæ , saltem hac in re , fidei esse videantur . Verum aut hæc silentii ratio pugnat etiam pro tempore prolixo post an. MCCLXXXVI. aut alia assignanda erit causa , quam ob rem post eum etiam annum Goritiani titulo Palatini Carinthiæ abstinuerint.

Quarto : Causam hanc , nisi fallor , suppeditat ipse ANONYMUS LEOB. qui , uti retulimus , Albertum Comitem Goritiæ non nisi ægre a fratre suo , Meinhardo Duce , feuda Palatinatus Carinthiæ denique recepisse perhibet . Pronum itaque erat , ut quam invitus suscepisset dignationem Albertus Comes , & cuius causa submittere se fratri clientis more debuerat , eam nollet inter titulos suos profiteri , tametsi sibi , stirpique suæ aliqui novo decori futuram . Albertum II. Comitem Goritiæ imitati sunt filii Henricus II. & Johannes Albertus , seu Albertus III , nepotes itidem Henrici II , filii , qui omnes Comitis Palatini Carinthiæ titulo abstinuere ; quod & isti nollent patruelium suorum , Meinhardi filiorum , Ducum Carinthiæ , se se clientes profiteri .

*Exempla
omissi flu-
dose tituli:
Com. Palatini Carin-
thia.* Exemplum unum , aut alterum in medium profero , quo palam fiat , Goritiæ Comites , prolixiore etiam titulo in signes , atque de titulis ipsis tractantes , Palatini Comitis appellationem de industria omisisse . Inter Collectanea MSta P. Antonii Steyerer S. J. Tomo VI. fol. 20. exhibentur literæ Comitis Alberti II. Goritiensis , queis terras titulosque filiis Henrico II. & Alberto III. dispertit , atque titulum : *Comitis Goritiæ , Ecclesiarum Aquilejensis , Tridentinæ & Brixinensis Advo-
cati* , filiorum utriusque communem esse jubet , nulla Palatini Comitis tituli facta mentione . Actum Luenz die XXV. No-
vembris MCCCIII.

Alterum exemplum præbet Henricus II. Goritianus , qui in documento edito per R. P. DE RUBEIS Monum. Aquilejens. pag. 847. ad annum MCCCXXII. pleno , ut videtur , titulo ita compellatur : „ *Illustris Dominus Enrichus , Comes
Goritiæ , Tyrolis , Confalonierius domorum Aquilejensis Ecclesiæ ,
de Trento , Brixen , Vicarius Tarvisii , ex parte Romanorum
Regis Vicarius Generalis*. Prætermisso isthic Palatini Comitis illustris sane alioqui titulus satis ostendit , Albertum II. Goritianum , ejusque posteros abstinuisse ea compellatione , ne se Meinhardi , & filiorum ejus , fratribus , & fratruelium suorum clientes palam profiterentur .

*Occasio in-
staurati ti-
tuli Com.
Palatini
Carinthia.*

Alia paullo Palatinorum Carinthiæ scena se se aperit , posteaquam præpotentes Austriæ Duces Albertus II. & Otto , anno MCCCXXXV. Carinthiæ Ducatu sunt potiti . Tametsi enim

enim non continuo Goritiæ Comites, Austriacis perquam adicti, palam *Palatini Comitis* titulum assumpserint; tamen haud ita multo post, anno nempe MCCCXXXVIII. de *Palatini Comitis Carinthiæ* dignatione, titulo, feudisque velut instaurandis (quippe quæ sub Meinhardi filiis Carinthiæ Ducibus, quadam ratione ab ipsismet oblitterata neglectaque fuere) serio cogitatum fuit. Occasionem ejus rei ita generatim quidem enarrat, sed apte plane ad nostrum institutum **ANONYMUS LEOBIENSIS** *Hier. Pez. Script. Austr. Tom. I. pag. 955.* „ Anno „ MCCCXXXVIII. XVIII. Kalendas Octobres *Ministeriales Ca-*
 „ *rinthiæ* communi decreto ad Albertum Ducem in Civitate „ Styriæ, quæ Græcz dicitur, accesserunt, dicentes, quod „ abolitis antiquis terræ suæ juribus, & in transactæ obli- „ vionis caliginem emigratis, vivendi forma sub certis legi- „ bus indigerent, petentes novis sanctionibus, & punctis su- „ per diversis casibus, & terræ populum communiri. Dux „ sub quibus vivere legibus decrevissent, & institutio- „ nem morum agere, sciscitatur, ut esset populus unus, „ & ne pro disparitate usuum seditio, vel aversionum gra- „ vitas oriretur. Ac alii certos articulos expresserunt de feo- „ dalibus, & propriis, ac aliis diversis specificatis: in reliquis „ non expressis intra Stiriensium judicia, quæ a priscis Du- „ cibus, & Marchionibus processerunt, elegerunt.)

Tametsi singularis aliqua *Palatinatus* hic non fiat men- *Collati ab*
Austriacis
Palatinatus
Carinthiæ
documentū.

coit

tion, quoniam tamen *Ministerialium* primorum Princeps erat

Chronol. P. II. S Pa-

Palatinus, aut supra eos, & ejus feuda, ab Duce conferenda,
 maximi habebantur momenti; etiam de Palatinatu Carinthiae
 isthic actum fuisse, propemodum res ipsa monet. Et vero
 anno proxime sequente insigne ad rem nostram documentum
 exaratum tenemus, quo Palatinatus Carinthiae ab Alberto II.
 Duce Austriæ &c. veluti de integro Goritianis Comitibus con-
 fertur; id hic integrum repræsentamus ex accuratissimo P.
STEYERER. *Comment. pro Hist. Alberti II. Austr. pag. 128,* e
 Germanico fideliter latine redditum.

„ Nos Albertus DEI
 „ Gratia Dux Austriæ &c. Quod nos propter amicitiam &
 „ obsequia, quæ nobis dilecti nostri cognati Comes Alber-
 „ tus, & Comes Meinhardus de Gærz præstiterunt, & porro
 „ facere debent ac possunt, item propter damnum, quod in
 „ obsequio nostro passi sunt, ipsis & eorum heredibus no-
 „ strum Palatinatum in Carinthia contulimus, & conferimus
 „ etiam his literis ita, ut eundem Palatinatum cum omni eo
 „ jure & utilitate, quæ ad eundem spectant, uti prisco mo-
 „ re obtinuit, deinceps a Nobis & a nostris heredibus, at-
 „ que a patruelibus nostris Duce Friderico, & Duce Leopol-
 „ do, tanquam legitimum feudum habere debeant: Nosque
 „ eosdem tutari debeamus, & spondere, uti jus feudale ex-
 „ poscit. Verum & prædicti cognati nostri Comites de Gærz
 „ teneantur ob dictum Palatinatum Nobis, & nostris heredi-
 „ bus, ac præfatis patruelibus nostris, Duci Friderico, &
 „ Duci Leopoldo in perpetuum præsto esse obsequiis, tan-

„ quam

„ quam legitimis Dominis suis, uti decessores ipsorum Palatini Comites præstiterunt, atque hæc ita, sicuti Nobis Sacramento dicto promiserunt. In quorum fidem has literas edimus nostro sigillo munitas. Datum Græcii a Christi Nativitate, anno millesimo tercentesimo tricesimo nono, die Sabbati ante S. Luciæ (Die XI. Decembris.)

Nihil hic de hereditario Goritiensium ad Palatinatum Goritiæ Comites tituli jure : decessores quidem *Palatini*, & vetera eorum jura memorantur ; sed decessores *Palatini* non appellantur Goritiano-*Palatini Comitis usum certa conditione confitunt.*
rum majores. Ut ut ista se habeant, Goritiani tamen non illico post hanc novam institutionem, *Palatini Comitis* titulum reliquis suis adscripsere ; quod non videretur facile a recepto Majorum more recedendum. *Enim* vero paullo post, sub annum MCCCXLII. de tituli *Palatini Comitis* usu, inter se quædam constituerunt Comites Goritiæ, Albertus IV., Meinhardus VII., & Henricus III, qui suscepta nova terrarum & ju-*rium distributione* inter cetera sanxerunt : uti *Comitis Palatini Carinthiæ* titulo, natu maximus Comitum Goritiæ solus uteretur, jure reliquorum integro. Aetum in Greiffenburg die Jo-*vis ante S. Viti MCCCXLII. (Repertorium Austriacum MS. Par-*te III. fol. 562.) Hujus chartæ autographum vidè in Tabulario Vindobonensis Aulæ, in quo natu maximus fratum Alber-*tus IV. nondum titulum Comitis Palatini Carinthiæ usurpavit.*

Enim vero ipsi Goritiensium natu maximo titulum *Comitis Palatini Carinthiæ*, *soli*, non aliter competere, quam in

confortio aliorum, alias vero etiam natu minorum aliquem eodem titulo insigniri posse, evincunt & clausula illa: *Jure reliquorum integro*, & multo efficacius exempla, quorum pleraque e STEYERERI Comment. pro Alberto II. producam, quibus & initium publici certique usus tituli *Palatini Com. Carinthiae*, a me observatum, patefecit, & modus utendi deinceps titulo illo inter Goritanos Comites introductus plene illustratur.

*Exempla
usus tituli
praedicti.*

Itaque, quantum quidem meam ad notitiam pervenit, primum sub Rudolfo IV. Duce Austriæ, in chartis publicis, ac deinceps frequentissime leguntur Goritiæ Comites scripti titulo *Comitis Palatini Carinthiae*, uti sequentia palam facient.

Anno MCCCLIX. in binis Rudolfi IV. Austriaci chartis inter testes conspicitur: *Comes Meinhardus de Gærz noster Palatinus Comes Carinthiae.* Apud STEYERER Comment. Alberti II. pag. 275. & 278.

Anno MCCCLX. Rudolfus IV. Runensi Cistercio privilegia Græcii die Sancti Blasii. Inter testes primo post Episcopos loco: *Item Nobiles Viri avunculi nostri dilecti, Albertus Palatinus Comes Carinthiae, Meinhardus & Henricus Comites Goritiæ, nec non Comes Otto de Ortenburch.*

Florebant ab an. MCCCXXXVIII. hac ætate, ac diu deinceps, tres fratres Comites Goritiæ *Albertus IV. Meinhardus VII. & Henricus III.* In binis chartis priore loco allatis, quia aberat natu maximus *Albertus*, idcirco natu alter *Meinhardus, Comitis*

Pa-

Palatini titulo insignitur; at posteriore loco anno MCCCLX, ubi omnes tres fratres adfuere, solus *Albertus* titulo illo decoratur. In documento sequente duo fratres occurrunt, & rursum soli natu majori *Palatini* honos tribuitur, quæ deinceps quoque observata animadverti. MCCCLXII. Apud STEYERER pag. 343. in diplomate Rudolfi IV, dato Vien næ in Vigilia Annunciat. B. V. MARIAE, testium ordini ita inserti sunt duo Goritiani Comites: *Et nobiles dilecti nostri avunculi Comes Albertus de Gærz Palatinus Comes in Karinthia, Comes Meinhardus de Gærz & Tyrol, frater ejus.*

Anno MCCCLXIV. *Albertus IV. Comes in tabulis*, quibus ipse Ducibus Austriae, si sine prole decederet, varias regiones cedit, die Jovis post S. Petronillæ, seu die VI. Junii, hoc titulo utitur: *Nos Albertus Comes Goritiæ & Tyrolis, atque Comes Palatinus in Carinthia, Advocatus Ecclesiarum Aquilejæ, Tridenti, & Brixinæ.* Attamen in aliis ejusdem anni tabulis titulo breviore idem Comes ita orditur: *Nos Albertus Comes de Gærz.* Ambo documenta protulit P. STEYERER pag. 391. & 399.

Quidnam vero Goritanos permoverit, ut sub Duce Rudolfo IV. denique titulo *Palatini Comitis Carinthiæ* primum resplendere voluerint, facili conjectura ex ipso Rudolfi IV. charactere animi assequemur. Vidimus Capitibus præcedentibus, quam studiosus magnificentiæ, & gloriæ suæ gentis fuerit hic Rudolfus: primus ipse suorum se *Archiducem*, ex pri-

vilegio Friderici I, appellavit: primus ex indulto Friderici II. Carniolam in *Ducatum* evexit: primus Austriacorum ingen-
tem testium catervam, e nobilibus ministerialibus, adscriptis
eorum muneribus illustrem, diplomatibus suis inferendam cu-
ravit. Quid ergo mirum, si Goritianos Comites eo etiam
Rudolfus perpulit, ut *Palatini Carinthiae Comitis dignationem* sane
perillustrem, ipsi Rudolfinis in tabulis primum profiterentur.

Casus singularis, de titulo Palatini Carinthiae. Illud a more, titulum *Palatini Carinthiae* Goritiensium
uni adscribendi, alienum videri posset, Johannem Comitem,
Henrici IV. Goritiæ Com. filium, vivo etiam & valente pa-
tre se se *Comitem Palatinum Carinthiae* appellasse, in privilegio,
quod idem suo & fratrū nomine Civibus Goritiensibus an-
no MCCCXLV. Goritiæ impertiit, hoc exordio: „ Nos
„ Johannes DEI Gratia Palatinus Carinthiae, Goritiæ & Ty-
„ rolis Comes, Aquilejensis, Tridentinæ, & Brixinensis Ec-
„ clesiarum Advocatus, pro nobis & Illustrissimis Principi-
„ bus Comite Leonardo, ac Ludovico Comite, nostris dile-
„ ctissimis fratribus. . . .) Ita refert P. MARTINUS BAU-
ZER S. J. in MS. *Syllabo Comitum Goritiæ.*

Ex Historia Goritiensi constat, Henricum IV. Comitem
adeo inconditis fuisse moribus, adeoque rei publicæ incurium,
ut & filii Ulrico Comiti Celejano educandi committerentur,
& Catharina Henrici Coniux eundem etiam carceri manci-
paret, porro ordines Goritienses Johanni filio natu maximo,
jam Majorenni, rei publicæ gubernium deferrent; quare nihil

mirum, qui potestatem omnem a patre in se translatam receperisset Johannes Comes, ab eo titulum quoque patri proprium fuisse usurpatum, iis præcipue in literis, ubi nulla parentis absentis, & velut exauctiorati fieret mentio.

Facilius multo, certiusque finem dignationis ac tituli *Finis Palatinatus Carinthia*, quam initium, invenimus. Leonhardus Comes, Goritiensium stirpis postremus, *Palatini Comitis Carinthia* titulum & vivens in monumentis suis ultimus adhuc, & sepulchro secum intulit, anno MD. XII. Aprilis Leontii extictus, uti in *Tentamine Goritiensi* pluribus expositum videre licet. Leonhardo extincto, Maximilianus I. Cæsar & veterum pectorum, & Imperialis Majestatis jure Goritiensem Comitatum, terrasque eidem obnoxias occupavit, qui cum Dux *Carinthia* jam antea fuisset, ejusque itidem posteri eodem ducatu potirentur, *Palatini Comitis Carinthia* titulo ac dignationi locus porro esse non potuit, Goritiæ Comitatu alteri nemini collato.

Quanto prolixior eram in recensendis Comitum *Palatinorum Carinthia* rebus, tanto brevius de *Carinthia Landgravis*, seu *Landgravii* differam. Evidem alibi *Landgrarium Carinthia* memoratum non deprehendi, præterquam apud solum *ANONYMUM LEOBIENSEM*, loco supra citato ad an. *MCCLXXXVII*. ubi ita habet de ritu institutionis Ducis *Carinthia*: „ Comes autem Goritiæ, quia *Palatinus est*, cum XII. „ vexillis lateri Principis adhærebit. Reliqui Comites, scilicet Ty-

„ rolenſis , qui terræ Landgrafus eſt , cum aliis , Officiales atque
 „ Nobiles cum ſuis ſignis , quanto cultius potuerint , Principi ſe
 „ conjungunt .)

Solius *Anonymi* hujus auſtoritas tanta non eſt , ut Tyrolenses Comites Carinthiæ Landgravios fuiffe credamus ; ſi quidem vocabulum *Landgravii* ea notione accipiatur , quæ me dio ævo congrueret . Erant enim olim *Landgravii* interioris Provinciæ Judices & Curatores , uti *Marchgravii* limitaneæ re gionis : minime vero Tyrolis interiori Carinthiæ convenit , quam ego ne quidem Carinthiæ , a Bajoaria diviſæ , attribu tam credo , ſed Bajoariæ , aut Alemanniæ , Rætiæve conſociatam . *Landravii* etiam Comites Patriæ , aut Comites Provin ciales dicebantur . Quod ſi *Anonymus* ita Comitem Provincialem nominat , ut intelligat , qui in Provincia caſtra prædiaque poſſideat , & illic juſ ducat , dabimus Comites Tyro lenses Carinthiæ Landgravios , ſeu Comites Provinciales fuiffe .



C A P V T VIII.

De Titulo Archiducatus Carinthiae.

Vocabulum *Archidux* e Græco & Latino compositum, *Quædam initia tituli* Principem, seu præcipuum Ducem significat. *Archiducis Archidu-* titulo olim ab auctoribus *Chronici S. Trudonis*, atque *Magni calis.* *Chronici Belgici* cohonestatum fuisse & Sæculo VII. Pipinum de Landis, sæpius multo & Brunonem Archiepiscopum Coloniensem, fratrem Ottonis II. Imperatoris (cui Brunoni alii quoque hunc titulum adscripsere) jam post alios monuere Viri doctissimi: *SCHÖNLEBEN* post dissertat. *de prima origine Domus Habspurgio-Austriacæ Prolegom. ad annum Sanctum Austriae*, Parte II. Cap. VII. Atque PFEFFINGER in notis ad *Vitriarii Jus publ. Lib. I. Tit. XVI. N. 9. Tom. II. pag. 16. &c.* Ambo erudite multa de *Archiducis* titulo, *Austriacis* duntaxat Principibus legitime & constanter attributo, laudatis in libris protulere.

Mihi de *Carinthiae Archiducatus* appellatione proprie isthic tractaturo necesse videbatur, de *Archiducis Austriae* titulo initium facere; quod *Archiducatus Austriae* compellatio aut origo, aut occasio fuerit similis tituli *Carinthiae* adscribendi. Enim vero discussis ea de re ambiguis, expensisque Veterum documentis, diplomatis præcipue, & monetis, sequentia de *Archiducatus Carinthiae* titulo constituenda existimavi: *I^{mo}*: Ante Austriacos Principes, *Carinthia* Ducatu potitos, altum fuit *Chronol. P. II.*

T

de

Quænam
de titulo
Archidu-
catus Carin-
thiae affe-
rantur?

de Archiducatu *Carinthiæ* silentium. *II^{do}*: Austriacorum primus Rudolfus IV, anno MCCCLIX. Archiducis titulo usus est, sed non constanter, neque ita, ut ad *Carinthiam* proprie referri posset. *III^{tio}*: Prima *Archiducatus Carinthiæ* propria & legitima mentio fit ab Ernesto Ferreo, anno MCCCCXIV. cuius tituli origo probabili conjectura inquiritur. *IV^{to}*: Attamen ex titulis Austriacorum Principum, aliisque deinde diplomatibus usque ad Maximilianum I. vix quidquam se offert, quod titulum *Archiducatus* proprie *Carinthiæ* afferat præ Styria. *V^{to}*: Ab ætate Maximiliani primi usque ad nostra tempora sola, præter Austria, Carinthia in legitima possessione tituli *Archiducalis* permanit, tabulis publicis atque monetis id contestantibus.

Archiducatus Carinthiæ nullus, antea silentium, quam Principes Austriaci Sæculo XIV. *Ca-*
ante Au-
striaco-Hab-
spurgos. *Carinthiæ* Ducatu potirentur. Assertionis istius veritatem omnia illa commonstrant diplomata, quæ in Serie *Ducum Carinthiæ illustrata* indicavimus: ubi præprimis illud operam dedimus, uti titulorum variationes ipsis diplomatum verbis describeremus. Enim vero illa in Serie vetustiores tabulæ non occurunt, quæ *Archiducis* vocabulum præferant, atque *Rudolfi IV. Austriaci* anno MCCCLIX, quæ ipsæ, *Carinthiæ* Princeps non proprie, sed cum Austria & Styria, *Archiducem* appellant. Anno demum MCCCCXIV. proprie ac primum ab Ernesto (Ferreo) Austriaco *Carinthia Archiducalis* tituli honore

pu-

publicis in literis mactatur, quas ad eum annum in Serie nostra memoravimus.

Quod MEGISERUS Chronicus Carinth. Lib. I. pag. 11. & Lib. Tabula de VI. pag. 493. ejusque sequaces, jam Inguonem, & serius Carolo-<sup>hujus tituli
vetus state.</sup> mannum, Ludovici Germanici Regis filium, atque Arnulfum deinde, Archiduces Carinthia appellent, faciunt id auctore vetusto nemine, & vero contra manifestam documentorum omnium fidem. FELIX FABRI vulgatus apud GOLDASTUM, Histor. Suevorum Lib. I. pag. m. 204. in 4^o. Dudum ante Austriacos, Ducatu potitos Carinthia, eidem provinciae Archiducus prerogativam affingit, dum ait: „Austriæ Duces, „QVIA Principes Carinthia sunt, Archiduces nominantur. Sed fallitur hic Sæculi post Christum decimi quinti Scriptor, quando neque ante Austriacos alias quisquam Carinthia Dux, in tanta documentorum Serie, Archidux scribitur; neque ipsi Austriaci Principes, qui primi suorum Carinthiam possedere, Albertus videlicet, & Otto, se se unquam Archiduces compellavere.

Lepidum aut ridiculum potius hac de re mendum in medium afferre libet. In libro perutili R. P. PHILIBERTI HUEBER: Austria ex Archivis Mellicensibus illustrata, pag. 18. Friderici Ducis Austriæ & Styriæ, ex Babenbergicis postremi, charta exhibetur, exarata an. MCCXXXI, cui inter testes interfertur: Liuprandus Archidux Carinthia. Sed vitium certum tenemus; nam eodem in libro mox pag. 22. idem uti-

que legitur: *Liuprandus Archidiaconus Carinthiæ*. In priore nempe Charta autographa compendio scriptum fuerit *Arch.* vel *Archid.* quod infortunio nescio quo in *Archiducem*, loco *Archidiaconi*, desit; certus quippe anno MCCXXXI, multisque antea, & postea annis unicus *Carinthiæ Dux Bernhardus* fuit. De simili aliquantum errore, quod *Archiducis* titulum attinet, in sigilli Leopoldi *Ducis extante paullo inferius agetur.*

Rudolfus IV. primus titulus Archiducis dux Austriae &c. II.^{do} Contendo: Rudolfo IV. Austriaco, inter Duces Carinthiæ omnium primo deberi usurpatum titulum *Archiducis ab anno MCCCLIX.* Id comprobare sibi quisque potest, ex ordine diplomatum ac titulorum repræsentato in nostra Serie *Ducum Carinthiæ illustrata.* Lectoris commodo inde excerptimus tabellam sequentem, quæ exhibit titulos varios a Rudolfo IV. in tabulis publicis adhibitos, videlicet aut *Archiducis Palatini*, aut *Archiducis tantum*, aut *Ducis*: id unum teneri velim, nunquam Rudolfum aliter *Archiducem* appellatum fuisse, quam conjunctim *Austriae, Styriae, Carinthiæ, & ab an. MCCCLXIII. etiam Carnioliae.*

T A B E L L A

*Mutationis Tituli Rudolfi IV. Austriaci
in quibusdam Chartis editis.*

- Variatio nes tituli Rudolfi IV.*
- 1359. 23. Maji. Traëtat cum Agneta Regina. *Dux tantum appellatur.*
 - 5. Julii. In suis terris: *Archidux Palatinus* vocatur.
 - 18. Augusti. Cum Ludovico Bojo, Comite Tyrolis. *Dux tantum.*

- 1. Novembris & 15. Decembris. In suis terris : *Archidux Palatinus.*
1360. 3. Februarii. In suis terris : *Archidux Palatinus.*
- 19. Martii. In suis terris : *Dux.*
- 29. Martii. In suis terris : *Archidux Palatinus.*
- 2. Item 31. Julii. In suis, & Passavii : *Archidux (sive Palatinus.)*
- Septembribus initio. Cum Carolo IV. Cæs. *Dux.*
- 2. Augusti. Cum Ludovico R. Hungariæ. *Dux.*
- 18. Decembris. Cum extero privato homine. *Dux.*
1361. Initio anni, in Julio, & Septembri. *Dux semper.*
1362. 7. Januarii, cum Ludovico Rege Hungariæ : *Dux.*
- 1. Aprilis, cum suis terris : *Archidux tantum.*
- 30. Julii, Passavii : *Archidux tantum.*
- 2. Decembris, in terris suis : *Archidux tantum.*
1363. 12. Aprilis, item 18. & 21. Maji, Viennæ : *semper Archidux tantum.*
1364. 8. & 10. Februarii, item 10. Maji, agens cum Carolo IV. Cæsare, aut cum Ducibus Bavariæ : *Dux.*
- 16. Martii, in suis terris : *Archidux tantum.*
- 6. Januarii, ab Alberto Comite Goritiæ vocatur : *Dux.*
- 18. Novembris, in suis terris : *Archidux tantum.*
- 1365 9. & 12. Martii, item 19. Aprilis, domi suæ Rudolfus Archidux, & fratres *Archiduces compellantur.*

— 18. Martii, Viennæ *Dux* scribitur, nisi in apographo,
ut opinor, mendum cubet.

— 27. Julii, Rudolfus mortem oppetiit.

*Sequelle ex
hac tabella
deductæ.*

Ex hisce diplomatibus, alibi accuratius indicatis, de-
ducuntur sequentia. *Primo*: *Palatini Archiducis* titulum prima-
sibi vice tribuit Rudolfus IV. circa Mensem Junium anni
MCCCLIX. *Secundo*: Epitheton illud *Palatinus* (Germanice:
Pfalenz Erzherzog) omisit Rudolfus (posito solo vocabulo *Ar-
chidux*) in Vere, aut ineunte Æstate anni **MCCCLX**; cum
nempe contra pugnaret, eaque de usurpatione apud Caro-
lum IV. Cæs. quereretur *Comes Palatinus Rheni*. *Tertio*: Ita-
que solo deinceps *Ducis*, vel *Archiducis titulo*, sine addito *Pa-
latinus*, constanter usque ad mortem scriptus comparet Ru-
dolfus. *Quarto*: Quoties majore cum Principe, aut cum sibi
æquali, tractabat Rudolfus IV, solum *Ducis* titulum adhibuit;
neque exteri Principes, etiam minores, eidem alium, quam
Ducis titulum attribuere. *Quinto*: sub finem diplomatum,
ubi se Princeps subscribere solebat, Rudolfus nunquam se feci-
Archiducis, sed *Ducis* compellatione adnotavit. Denique
proximi Rudolfi Successores Albertus, & Leopoldus *Archi-
ducis* titulo abstinuere, *Duces* tantum ab se, latque ab aliis
appellati. In iconismo Sellæ saxeæ ducalis Carinthiæ apud
MEGISERUM pag. 484. insculptum legitur Sellæ: **RUDOL-
PHVS DVX.**

Quo vero jure, quaque alliciente occasione *Archiducem Palatinum* se se palam ferre ausus sit Rudolfus, ita paucis habeto. Juris fundamentum haud dubie nititur solemnis sumptus ? Unde titulus *Archiducis a Rudolfo IV.*
 illo Friderici I. Imperatoris privilegio, anno MCLVI. Austriacis Principibus concessso, in quo præter cetera indulsum est Austriæ Duci, ut : „ *Si quibusvis Curiis publicis Imperii* „ *Dux Austriæ præsens fuerit, unus de Palatinis Archiducibus est* „ *censendus.* Vide *Codicis Austriaci Parte II. pag. 89.* Inde vero titulum suum deduxisse Rudolfum, præter ipsam *Palatini Archiducis* compellationem, in diplomate ita memoratam, comprobant Rudolfi IV. sigilla, in quibus *Austria Scutum & Cor Romani Imperii* scribitur, quæ pene eadem, loco citato, in diplomate Fridericiano leguntur : „ *Terram Austriæ, quæ Clypeus & cor Sacri Romani Imperii esse dignoscitur.*

Jam vero, quænam occasio, atque stimulus Rudolfo IV. fuerit, ut ipse primus suorum *Archiducem Palatinum* se se scriberet, tametsi certo non constet, probabile tamen illud subesse existimo. Electorum Principum potentiam sua possimum ætate accrescere, & corroborata eorundem præcellentia per bullam auream Caroli IV, an. MCCCLVI. evulgatam, videbat Rudolfus, se velut ad inferiorem Principum ordinem detrudi; attamen, ut erat magni animi, & gloriæ suæ stirpis perquam studiosus, cum circumspiceret se se Ducatibus aliquot, aliisque Provinciis locupletem, atque potentia Electorum nulli secundum, & fere singulis potiorem; ægre sane

ferebat Rudolfus, secundo se in ordine consistere: quare in domus suæ Jura inquisivit, facileque invento Friderici diplomate *Palatinum* se se *Archiducem*, primo etiam durante regimini sui anno palam scribere constituit.

Austriacorum aliquis antea scriptus Archidux, frustra queritur. Frustra essent, qui ante Rudolfum IV, jam Leopoldo glorioso, Rudolfi Patruo, *Archiducis adscriptum titulum vindicare* vellent, quod in sigillo Leopoldi, appenso chartæ anni MCCCXX, apud **FUGGERUM** in speculo honorum *Domus Austri.* Lib. III. Cap. III. pag. 285. tam in editione **BIRKENII**, quam in autographo *Bibl. Vindobon.* legantur sequentia: **LEOPOLDVS. ARCHIDVX. AVSTRIÆ. ET. STYRIÆ. CARNIOLÆ. COM. HAB. ALSA. KIB.** At enim infelix in legendō, aut delineando hoc sigillo fuerit **FUGGERUS**, uti sane fuit in exhibenda bulla aurea, appensa privilegio Friderici I. quam vidi in *Tabulario Vindobonensi*, multum abludentem ab iconismo Fuggeriano. In prædicto porro Leopoldi sigillo nullus dubito, attrita elementa haud recte reddita fuisse, sed loco **ARCHIDVCIS**, in sigillo ipso fuisse: **D. GRA. DVCIS. Dei Gratia Ducis.** Et sane alterum in autographo mendum est, omissum fuisse τὸ DN. vel *Dominus* ante **CARNIOLÆ.** Denique contra intrusum isthic *Archiducis* titulum, pugnant omnia & hujus *Leopoldi*, & fratrum ejus *Alberti*, ac Friderici natu majoris, atque Ottonis diplomata, quorum in titulis nusquam se offert *Archiducis* vocabulum, nec apud **STEYERERUM**, vel **HERGOTTUM**, neque in

in Tabulario *Vindobonensi*, testante istud ejusdem intimo, ac doctissimo Archivario perillustri ROSENTHALIO, cui varias notitias debemus.

Alberti II. Austriaci literæ, quæ a MEGISERO Lib. IX. Cap. XII. velut anno MCCCXXXIX. scriptæ obtruduntur, quibus Praesidis Archiducatus Carinthiaæ fit mentio, quot quantisque scateant sublestæ fidei notis, docte ac fuse ostendit P. ANTON. STEYERER S. J. in Addit. ad Comment. pro Hist. Alberti II. pag. 103. vide præcipue pag. IIII.

Quod deinde in epitome apographa Chartæ Anni MCCLXXXV, qua Albertus Dux Saxoniæ assensum dat, ut Carinthia detur Meinhardo Tyrolensi, legatur in Repertorio Austriae MS, quod in manibus habeo: *Archiducatus Carinthiaæ*, is descriptoris error est; quando vel in autographo collatæ a Rudolfo *Carinthiaæ*, aliter nunquam eadem, quam *Ducatus*, aut *Ducis* dignatione insignis, memoratur.

III^{to}: Tametsi Rudolfus IV. primus omnium se pro-
Quomodo
Rudolfus
fuerit Ar-
chidux Ca-
rinthia?
dat, qui titulo *Archiducis Austriae*, *Styriae*, & *Carinthiae* resplenduerit; nequaquam tamen ea *Archiducatus Carinthiae*, proprie accepti, vera origo dici, sed occasio potius debet. Etenim nunquam Rudolfum seorsim *Carinthiae Archiducem* invenias, sed is e sententia privilegii Fridericiani, se se *Austriae Archiducem*, scripsit, atque ob connexas tum *Austriae Provincias*, sociali quodam jure sub eadem *Archiducis* appellatione *Styriam & Ca-*
rinthiam est complexus. Præterea in Rudolfi IV. tabulis *Styria*

constanter *Carinthia* præposita legitur; quippe quæ dudum ante Carinthiam Ducibus Austræ acceſſerit: quin tamen inde *Styria* unquam *Archiducatus* honorem sibi arrogarit.

Ernestus auctor tituli Archiducatus Carinthia, & Chartis anni MCCCCXIV, cur?

Verum enim vero ab Ernesto Ferreo denique diserte, ac proprie *Archiducatus Carinthia* appellatus fuit in duabus *Archidux Austræ, Styriæ, Carinthia & Carniolæ*, uti in Serie illustrata ista retulimus.

Illud tamen hic obſervo, in ea Charta, qua initio anni MCDXIV. Ernestus *Styriæ* privilegia rata esse jubet, DVCIS duntaxat titulum exhiberi: „ Nos Ernestus DEI „ grat. Dux Austræ, Styriæ, Carinthia, & Carniolæ, Do- „ minus Marchiæ, Sclavoniæ, ac portus Naonis, Comes in „ Habsburg, Tyrolis, Feretis, & in Khiburg, Marchio Bur- „ goviæ, & Landgravius Elsatia &c.

Confirmat privilegia *Styriæ* Ordinibus. „ Datum in „ Græz decima octava die Mensis Januarii Anno Dom. Milles. „ Quadring. quarto decimo. Dominus Dux per se in consilio. Ex Tabulario Provinciæ *Styriæ*, fol. 158. Latini Original. N. 74. ita adnotavit P. SIGISM. PUSCH S. J.

Verum idem Ernestus eodem anno exeunte Martio, in Carinthia *Archiducis* titulo appellatur, & Carinthiam *Archiducatum* compellat. Quam vero ob causam & Ernestus ipse *Archiducis* titulum, post Rudolfi IV. obitum a proximis Successoribus intermissum, circa an. MCCCCXIV. resumpserit, atque Ca-

rin-

rinthiæ singillatim *Archiducatus* titulum & honorem palam adscripserit, puto me verisimiliter aliquid invenisse apud THOMAM EBERNDORFERUM DE HASELBACH, qui in *Chronico Austriaco* pag. 842. Hier. Pez. Tom. II. Script. Austr. perhibet: Alberti Quarti Austriaci filium Albertum V. (cui in partitione terrarum Austriæ Ducatus cesserat) sub Ernesti patruelis tutela fuisse ex pactis constitutum; porro eundem Albertum repente an. MCDXI. ab Austriæ Ordinibus, inconsulto & invito Ernesto ereptum, atque ducali solio plena auctoritate fuisse impositum.

Ægre jam utique id primum tulit Ernestus, cui mox accessit illud: Ernestum a Neostadiensibus Austriæ, etiam urbis suæ introitu fuisse prohibitum. Itaque ut Austriam, ejusque proprium Ducem Albertum, aliqua se re excellere palam ostenderet Ernestus, ipse se, trium Ducatum Dominus, *Archiducem*, resumto Rudolfi titulo, appellari voluit.

Porro autem ut soli Austriæ, tum sibi invisæ, eum *Carinthia*<sup>prærogati-
væ.</sup> titulum ne debere videretur Ernestus, *Carinthia* potissimum, pervetusti Ducatus, prærogativa uti voluerit. Neque sane deerant Carinthiis argumenta, quibus præ reliquis Austriacæ Domus Ducatibus sibi eximum aliquid vindicarent. Styria anno demum MCLXXX, Carniola serius etiam, ducali dignatione honoratæ sunt, quin etiam Styriæ saltem pars magna, & Carniola omnis Carinthiæ olim erant contributæ. Austria ipsa non dum *Marchiones* habuit hereditarios, cum jam *Duces*

proprios numeraret Carinthia , porro *Duces* anno demum MCLVI. nacta fuit Austria. Amplissimus quoque fuerat olim Carinthiæ *Ducatus*, *Forum Julium*, *Istriam*, & *Veronensem* limitem comprehendens. Has ergo causas habere poterat, atque probabiliter habuit Ernestus *Dux*, quibus permotus & se *Archiducem* scriberet , & Carinthiam anno MCCCCXIV. *Archiducatum* appellaret, ac dissimularet, ab se *primo* Carinthiæ *proprium* hunc honorem fuisse attributum.

Infeliciter impugnata vetus Ar- chiducatus Carinthiæ. Haud satis perspicio , quid Viro perquam literato *DA- VIDI KÖHLER* in mentem venerit , ut *Parte III. Historischer Münz-Befestigung*, pag. 282. Suspicari se proderet, in memo- rato illo Ernesti diplomate anni MCDXIV , quo Carinthia *Archiducatus* salutatur , aliquid immutatum fuisse , atque edi- tores Carinthos hujus diplomatis , in libro : *Landshand vest des löblichen Erzherzogtum Karndten* pag. 13. &c. substituisse voca- bula *Archiducatus* , & *Archiducis* , loco *Ducatus* , & *Ducis*. Sed vindicanda est illustrium Carinthiæ Ordinum fides , quando in ipsa Operis laudati præfatione editores profitentur , dili- genter se omnia cum autographis contendisse.

Evidem autographum Chartæ, in laudato libro relatæ, non vidi ; attamen, quod ejusdem sane momenti est, inspexi in *Tabulario Aulæ Viudobonenſis*, Chartam Ernesti, ejusdem anni MCDXIV. qua feudum privato confert : *Dat. ad S. Vitum die Lunæ post Dominicam Judica*, in qua Ernestus ita : *Als Wir unsere Leben unsers Erzherzogtum Karnden.*

Ac-

Accedit istis, quod in confirmatione privilegiorum, anno MCDXLIV. a Friderico III. Cæsare concessa, diserte iidem tituli *Ernesti Archiducis*, & *Archiducatus*, nempe olim jam adhibiti, non modo repetantur, sed etiam integrum Ernesti diploma anni MCDXIV. insertum sit iis plane verbis, quibus extat in *Carinthiaco Landshandvest* pag. 13. Autographum hoc Friderici diploma, cum inserto Ernestino extat in membrana scriptum, cum bulla aurea appensa, in tabulario Clagenfurtenſi, ubi id inspexit ac perlegit *Illusterrimus Dominus ERNESTUS ANTON. L. B. DE SCHNEEWEIS* *Archiducatus Carinthiæ Quæstor Generalis*, die XI. Augusti MDCCLVII.

Alterum porro errorem hac in re erravit KÖHLERUS, *Falsum initium Archiducatus Carinthiæ*. quod existimaverit initium *Archiducalis Carinthiæ* tituli referendum esse ad diploma aliud Friderici III., quo, auctoritate Imperatoria, constituit: titulum *Archiducis* impertiendum Princibus Austriacis, qui interioris Austriæ Provincias obtinerent. Hujus diplomatis sententia ultro nos deducit ad quartum paragaphum, qui nunc illustrandum se offert; illud interim observo, ea ipsa de causa, quod Fridericus III. diserte *Archiducatus* titulum affixerit illis duntaxat Ducibus Austriacis, qui *Styriam, Carinthiam & Carnioliam* reipsa possiderent, nihil inde proprii argumenti pro singulari *Archiducatus Carinthiæ* titulo exsculpi posse.

IV^{to}: Videamus enim vero verba ipsa laudati Privilegii Friderici III. Imperatoris, quo *Archiducalis* tituli honorarem Imperiali auctoritate attribuit Stirpi suæ anno MCDLIII.

Sic igitur inter cetera: „ Ut *Principes Domus Austriacæ*, at-
 „ que nostri, & eorum heredes & posteri, qui quovis tem-
 „ pore possederint *Principatus Styriæ, Carinthiæ, & Carniolæ*,
 „ deinceps in perpetuum *Archiduces* appellantur, atque ab
 „ omnibus Successoribus nostris in Imperio, & ab Electori-
 „ bus, aliisque ita appellantur....) Ex hisce verbis mani-
 festum fit, Fridericum Imp. Carinthiæ his quidem in Tabulis
 nihil singulare, neque ab aliis duobus Ducatibus separatum
 quidquam atque eximium contulisse; tametsi Fridericus aliis
 diplomatis anno MCCCCXLIII. & sequente editis, Carinthiæ
 proprium Archiducatus titulum ipse tribuerit, aut tributum
 repetierit, uti in nostra Serie *Ducum Carinthiæ illustrata* vi-
 dere licet.

E reliquis tamen Austriacorum Principum Chartis us-
 que ad Maximilianum I, vix quidquam erui potest ad singu-
 larem *Carinthiæ Archiducatus* titulum; quando Principes ipsi Au-
 striaci non nisi *Duces* se se appellare solebant, quin ipse fere
 semper Fridericus Cæsar, & ante eum Ernestus Ferreus,
Dux interdum scribitur, qui tamen primus post Rudolfum IV.
 resumto *Archiducis* titulo an. MCDXIV, Carinthiam quoque
 primus *Archiducatum* nominavit. Et vero ipso anno MCDXIV.
 Literas Parthenoni Gössensi in Styria dedit Ernestus *Græcii*
die S. Dorotheæ, in quibus non nisi *Ducis* titulo est usus, quas
 literas edidimus inter *Diplomataria sacra Ducatus Styriæ Parte I.*
Gössens. N. XXV. pag. 44.

Tem-

Tempore Maximiliani I. (cui Burgundiæ Ducatus cum Archiducatis tituli omni Belgio per Mariam Conjugem acceſſerat) titulus *Archiducis Austriae*, cum *Styriae*, *Carinthiae*, & *Carniolæ* nominibus antea conjungi solitus, divulsus primum fuit, interposita nempe continenter post *Austria*, *Burgundia*, aliisque interdum Ducatum vocabulis, fuitque fere sequens Maximiliani primi, diplomatum initio, titulus: „*Nos Maximilianus DEI gratia Romanorum Rex (vel electus Imperator semper Augustus) Hungarie, Dalmacie, Croatiae &c. Rex, Archidux Austriae, Dux Burgundiæ, Lotharingiae, Brabantiae, Styriae, Carinthiae, Carnioliae*“ Quoniam nullum Archiducalis tituli jus Burgundiæ &c. competit, eos tamen Ducatus vellet Maximilanus proximo post *Austria* loco constitui, inde factum, ut sociali illo Archiducalis dignationis cum *Austria* titulo interioris Austriae Ducatus tres *Styria*, *Carinthia*, & *Carniola*, sub Maximiliano, ac deinceps plerumque privarentur, quo antea sub Rudolfo IV, & Ernesto Ferreo gaudebant, salvo tamen *Carinthiae* singulari jure alio.

Alia tamen paullo ratio titulorum in Monetis Principium & Provinciarum se se offert, quando & in Maximiliani I. pecuniis interdum legitur vetus illa Archiducalis tituli connexio. Ita moneta minor, vulgo *Grossus Cæsareus* occurrit in Libro inscripto: *Groschen-Cabinet*, I. Band, II. Fach, pag. 32. & Tab. I. N. 8. Cusus Maximiliani primi, dudum Burgundia jam potiti, tempore, qui ita habet:

ARCHIDVX. AVSTRIE. MDXVI. Scutum Austriae pileo Archiducali coronatum.

STIRIE. CARINTH. THIROLIS. Tria eundem Provinciarum Scuta.

Similem Grossum, similique cum epigraphe, alio tantum anno MDXI. signatum possidet Vindobonæ Cl. Dominus de Martiniz.

Istiusmodi Grossi in Styria procusi videntur; quod omissa Burgundia, aliisque adventitiis Austriae Provinciis, vetere more, Austriae continuo Styria, sub eodem Archiducali titulo subnecteretur, ac deinde Carinthia. Quod vero hic, citra solitum Comitis titulum, Tirolis adjungatur, aut spatii lucrandi ergo factum videtur, aut ea de causa, quod postremus ex Austriacis, ea ætate, Tyrolis proprius Princeps Sigismundus, diserte a Friderico III. Augusto Archiducalis tituli communione petiisset, obtinuisseque; tametsi idem Sigismundus literis, die Lunæ Conceptionis B. V. Mariæ MCCCCLXVII. datis, cavere Friderico debuerit, ejus tituli Archiducalis usum, sibi indultum, (qui alioquin solis Principibus Austriacis Styriæ, Carinthiæ & Carniolæ Ducatum Dominis proprie tributus fuerat) nihil præscriptionis pariturum.

In effigiandis porro Provinciarum (quarum plures eundem Principem venerantur) monetarum formis id fere usurpatum observamus, ut, ubi titulos Principis omnes a Provinciis petitos, monetæ annulare spatium non reciperet, eos

dun-

duntaxat titulos Monetarius insculpendos curaret, quos præcipuos habebat Princeps, quiue ad suæmet regionis memoriam honoremque præprimis facerent. Inde factum esse quisque facile perspiciet, ut Carinthia *Archiducalis* tituli honore a Maximiliano I. usque ad Carolum VI. Aug. in monetis *Carinthiacis* omnium, & Numismatibus quorundam Principum resplenderet: at in nullius horum Principis *titulo initiali*, Diplomati inferto (nisi *Diploma* sit confirmans jura Carinthiæ) *Archidux Carinthiæ*, sed *Dux* duntaxat *Styriæ*, *Carinthiæ*, & *Carnioliæ* legeretur. Nihilo tamen minus monetæ Carinthiæ, cum *Archiducatus* titulo proculæ, quoniam consensu Principum id factum fuit, & vero etiam Ferdinandi I. mandato, publicæ autoritatis vim obtinere debent, qua possessio (vetustiore initio) *Archiducalis* tituli *Carinthiæ* proprie afferitur inde a Maximiliano I. usque ad Carolum VI. Augustum, id quod sequente paragrapho exemplis commonstrabimus.

V^o: Superius in Serie *Ducum Carinthiæ illustrata*, ad *De moneta Carinthiæ sub Ferdinando I.* an. MDXXI. Ferdinandi I. nondum Regis, diploma retulimus, quo, dato Græci XII. Julii, Carinthiæ potestatem facit, quoad ipsi Princi visum fuerit, cudendi omnis generis monetas, exactas ad pondus & mixtionem metallorum, olim a Maximiliano I. Viennæ præscriptam, ea forma, ut una ex parte scutum Principis totum, altera ex parte scutum Carinthiæ effigietur; inscriptio sequens esto: FERDINANDVS. DEL. GRATIA. PRINCEPS. HISPANIARVM. ARCHI-

DVX. AVSTRIAEC. ET. CARINTHIAE. Ita præscripsit ipse Princeps. Initialis tamen hujus diplomatis titulus, pro more *Archiducem Austriae, Ducem Styriæ, Carinthiæ &c.* Ferdinandum appellat.

De antiquiore item moneta.

Porro autem Carinthiæ Ordines nequaquam primum a Ferdinandi indulgentia monetam, & in ea *Archiducatus* titulum impetrasse (etsi documenta alia non extant, neque Ferdinandus ipse similis gratiæ a decessoribus concessæ meminerit) docent numi ipsi in *Carinthia* sub Maximiliano I. cum *Archiducatus* titulo proprio signati, quos isthic, cum consequente similium numorum serie, quotquot fere ejuscemodi nancisci potui, deinceps servato annorum ordine, expromam *Tabulas Principum*, queis *Archiducatus* titulus *Carinthiæ* tribuitur, post Maximilianum I. a Carolo V. & a Ferdinandō I. Cæs. a Carolo Archiduce, Rudolfo II. Cæfare, & Ferdinandō II, vide in *Landshandfest Carinthiæ* a pag. 158. usque ad finem.

Dum de monetis Carinthiæ, a Maximiliani I. tempore signatis, isthic agendum est, nequaquam nego, pervetustas extare alias monetas in Carinthia, seu in Urbe S. Viti, in moneta Ducis, sive olim Frisaci, procusas; id cum aliunde constat, tum luculenter comprobatur in elegantissimo libello Viri doctissimi R. P. ANTONII MARTA DE RUBEIS Ord. Præd. De *Numis Patriarcharum Aquilejenium*, ubi docet: Denarios quoque Aquilejenses, Frisaci signatos, appellatos fuisse a variis Scriptoribus, & in documentis antiquis: *Frixachos*,

vel

vel Frixerios, vel Frexachsenſes. Porro autem dudum ante Ferdinandum I. monetam in Styria, Carinthia, & Carniola fabricatam fuisse, colligo ex libello illo gravaminum, quem interioris Austriæ Ordines anno MDX. die X. Aprilis Augustæ Vindel. obtulere Maximiliano I. ubi de moneta etiam tractatur, atque deinde conceditur, ut in quaque Provincia, pro vetere instituto, monetæ thesaurus habeatur, & Provinciæ æquali pondere & valore pecunias signent, uti Viennæ ea de re de integro constituetur. *Vide Landshand-vest Carinthiaæ p. 61.*

Nos vero in præsenti eas tantum Carinthiæ monetas *Quorum Carinthiæ* recensebimus, in quibus diserta *Archiducatus*, vel *Archiducis numorum hic detur Syllabus.* Carinthiæ, fit mentio. Quare omittemus vetustos licet Grossos Leopoldinos, (ab imagine S. Leopoldi, Ducas Austriæ ditos) quales in Carinthia cusi ab an. MDXVI. sub Maximiliano I. ac deinde occurrunt. Præterimus quoque argenteos unciales, sub Ferdinando I. an. MDXXII. effigiatos, in quibus legitur : ARCHIDVX. AVSTRIE. DVX. BVRGVNDIE. ET. CARINT. cum scuto Carinthiæ, & aliis, apud MELLEN pag. 41. & 45. Neque elegantes illos unciales argenteos hic referemus, qui an. MDXVIII. sub Maximiliano cusi, Carinthiæ non quidem vocabulum, sed scutum, vel ceteris majus, vel priore ante Styriam ordine locatum, exhibent; qualium iconismi extant in Libro vere Regio : *Monnoyes d'argent de Sa Maj. L'Empereur. pag. 60.*

Itaque Archiducales duntaxat, ut ita dicam, & proprias Carinthiæ monetas describam, adjuncta metalli, ac valoris, aut magnitudinis ratione, & Museo aut Libro, ubi easdem inveni. Aurea numismata, & monetas priore loco seorsim dare libuit, ex incomparabili Thesauro FRANCISCI. IMP. AVG.

Numismata, & Monetæ Archiducatus Carinthiæ

Ex Auro.

VALOR.

MVSEA.

Aureus
1517.

Francisci
Aug.

MAXIMI. IM. CA. PIVS. (*Maximilianus Imperator Cæsar Pius.*) Caput ejus coronatum.

DVCATVS. CARINTANVS. (*seu moneta aurea Carintana*) 1517. Scutum quadrifariam sectum. Hunc aureum simplicem, tametsi *Archiducatus* titulo careat, quia tamen primus, & singularis est, hic re ferre libuit.

4. Aureo-
rum.

Francisci
Aug.

MAXI. ROM. IMPERA. AVG. ARCHI-
DVX. CARI.

Protome Maximiliani I, torque velleris aurei ornata, Capite pileato.

Item Ar-
genteum.
1518.

PLVRIVM. EVROP. PROVINCiarVM. *Monoyes en argent. de Sam. l'Empereur.*
REX. ET. PINCEP. PO. Scutum Carinthiæ corona-
tum, medium inter scuta Austriæ, & Burgundiæ: infe-
rius Scuta Styriæ, ac Tyrolis; in immo loco 1518.

6. Aureo-
rum.

Similis protome, & inscriptio Maximiliani, cum titulo ARCHIDVX. CARInthiæ. *Franc. Aug. Monoyes de Sa Maj. l'Empereur pag. 60.*

In

VALOR.

Item Ar-
genteum.
In aversa Cœna Domini, cum verbis institu-
tionis Eucharistiæ Germanice redditis. Sine anno.

(circa an. 1518.

Aureus
1553.

MON. AVRE. FERD. D. G. RO. Ferdinandi
dus I. stans armatus. ^{Francisci Aug.}

HVN. BO. REX. INF. HI. *spaniae* ARCHIDUX
CARINTHIÆ. 1553. Scutum Carinthiæ coronatum.

Aureus
1560.

FERDI. D. G. EL. RO. IM. S. AV. GE. HV. ^{Francisci Aug.}
Ipse Ferdinandus armatus & coronatus stans, cum
sceptro & globo. Infra signum incusum continens
coronam, & duas cruces.

BO. ZC. REX. IN. HIS. ARCH. AVSTRIÆ. Et.
Carinthiæ. 1560. Scutum Carinthiæ coronatum.

Aureus
1561.

Similis aureus præcedenti, sed in aversa ^{Francisci Aug.}
ARCH. AV. E. C. EC. 1561.

Aureus
1567.

CAROLVS. DEI. G. ARCHIDVX. Ipse stans ^{Francisci Aug.}
adverso vultu, armatus, dextra sceptrum.

AVSTRIÆ. ET. CARINTHIÆ. ZC. 67. Scu-
tum Carinthiæ.

Triples
Aureus
1572.

CAROLVS. D. GR. ARCHIDVX. AV-
STRIÆ. Ipse dimidio corpore, d. sceptrum: in-
fra 10.

ET. CARINTHIÆ. ZC. 1572. Scutum com-
positum Principis, quatuor scutis circumdate: su-
prenum Austriæ.

VALOR.

10. Aureo-
rum. 1572.

CAROLVS. D. GR. ARCHIDVX. AV-

Francisci

Aug.

STRIAE. Protome Caroli Archiducis armata, cum
sceptro & gladio.ET. CARINTHIAE. 1572. Scutum Carin-
thiæ coronatum.Aureus
1576.Inscriptio utrimque, & figuræ prorsus simi-
les, uti superius anno 1567. Sed hic annus: 76.Cl. Schwandt-
neri Viennæ.Aureus
1579.CAROLVS. DEI. G. ARCHI. DVX. Ipse Francisci
ftans adverso vultu, armatus, d. sceptrum.

Aug.

AVSTRIAEC ET. CARINTHIAE. 1579. Scu-
tum Carinthiæ & Austriæ coronatum.Aureus
1580.

Ita plane, uti anno 1567. sed hic annus 80.

Cl. Schwandt-
neri Viennæ.Aureus
1582.

Similis unius aurei.

Ilmi D. Bar-
de Schneeweis.

1591.

CAROLVS. DEI. G. ARCHIDVX. Ipse stans Francisci
adverso vultu, armatus, d. sceptrum.

Aug.

AVSTRIAEC ET. CARINTHI. ZC. 91. Scu-
tum Principis compositum, aurei velleris torque cin-
etum, superius scutum Carinthiæ.Carolus Archidux obiit anno præcedente 1590.
die prima Julii. Simile exemplum sub Leopoldo occurret.Aureus
1599.FERDINAND. D. G. ARCHIDVX. Ipse stans Francisci
armatus adverso vultu, d. sceptrum.

Aug.

AVSTRIAEC ET. CARINTHIAE. 1599. Scu-
tum Principis compositum, vellere aureo cinetum: su-
perius scutum Carinthiæ.

DE TITULO ARCHIDUCAT. CARINTH. 161

MVSEA.

VALOR.

Duplex

Aureus.

ILLVSTrium. ARCHIDVCatus. CARINTHiæ. Francisci

Aug.

PROCERum. MVnus. Scutum Carinthiæ coronatum.

MANDATVM. EST. LVCERNA. ET. LEX.

LVX. ET. DISCIPLINA. VIA. VITA. Hæc inscri-
ptio a quodam Lutherano inepte congesta, sine figu-
ra, & sine anno comparet. Videtur Sæculo XVI^o
tribuendus numus.

20. Aureos
1600.

MARIAE. ANNAE. DVC. BAV. FERDI- Francisci
NANDI. AVS. ARCH. SPONSAE. SERENISS. Aug.

Protome Ferdinandi II. Capite nudo, collari crispato.

CARINTHIAE. ARCIDVCATVS. IN. PER-
PET. FELICIT. OMEN. D. D. Scutum Carinthiæ
figura ovata, coronatum.

Aureus
1610.

Similis priori anni 1599. Sed hic: AVSTRIAE. Francisci
ET. CARINTHIAE. ZC. 1610. Aug.

8. Aureo-
rum 1618.

FERDINAND. D. G. ARCHIDVX. AV- Francisci
STRIAE. Epitome armata, coronata, cum sceptro Aug.
in dextra.

ET. CARINTHIAE. ZC. Varia Austriaca,
aureo vellere cincta, scuta: supra quæ scutum Ca-
rinthiæ.

Aureus
1621.

FERDINANDVS. II. D. G. R. I. S. A. G. Francisci
H. B. REX. Sedens in Throno cum ornamentis Aug.
Cæsareis.

AR-

ARCHI. AVS. ET. CARINT. DVX. BVR. Item Cl. de

1621. Aquila biceps, expansis alis, in pectore scu- Managetta
tum compositum Ferdinandi: infra scutum Carinthiæ. Vienne.

Duplex au-
reus 1632.

FERDINAND. II. D. G. R. I. S. A. G. H. B.
REX. Stans ipse armatus.

ARCHI. AVS. E. CARIN. DV. BV. 1632.

Aquila biceps expansis alis: in pectore scutum Prin- Francisci
cipis multiplex: infra scutum Carinthiæ. Aug.

Characteres hujus monetæ sunt forma Gothica,
præter istius ætatis morem.

Aureus dimi-
dius 1640.

FERDI. III. R. I. S. A. G. H. B. R. Protome lau- Francisci
reata: infra: I. Aug.

ARCHI. AVS. ET. CARIN. D. BV. 1640. Scu-
tum Carinthiæ impositum duabus crucibus inæqualis
magnitudinis.

Duplex au-
reus 1653.

FERDINAND. III. D. G. R. I. S. A. G. H. B. REX. Francisci
Ipse stans coronatus cum sceptro & globo. Aug.

1654.
5. Aur.

ARCHI. AVS. E. CARINT. D. B. 1653. Aquila
biceps cum sceptro & gladio: in pectore scutum ovatum
Principis: infra scutum Carinthiæ. Vide inter Argentea.

Duplex au-
reus 1659.

LEOPOLDVS. D. G. R. I. S. A. G. H. B. REX. Francisci
Protome laureata, & aureo vellere ornata. Aug.

ARCHI. AVST. ET. CARINT. DVX. B. 1659.
Aquila imperii, in pectore scutum Principis: infra scu-
tum Carinthiæ coronatum.

VALOR.

Duplex au-
reus 1710.

IOSEPHVS. D. G. RO. IM. SE. AV. G. H B. Francisci Aug.
REX. Protome armata, capite laureato, cum vellere aureo.

ARCHIDVX. AVS. E. CARIN. DVX. B. 1710.

Item in area hinc II. inde P (forte duos Ducatos, seu Aureos ordinarios indicat, si D est loco P.) Aquila imperialis in pectore gerens scutum Principis : infra scutum Carinthiæ.

*Numi Archiducatus Carinthiæ
ex Argento.*

SVB MAXIMILIANO I.

MVSEA.

VALOR.

Grossus
1512.

ARCHIDVX. CARINT. Scutum Ca- Groschen-
rinthiæ. Cabinet I. Band.

II. Fach.
Tab. I. n. 7.
Et pag. 30.

COMITATVS. GORICIE. 1512. Scutum Go-
ritiense, cum Galea & pavonum pennis.

Similis Grossus anno 1518.

Ibidem.

MAXIMILIANVS. DEI. GRAC. 1517. Scu- Groschen-
ta Austriæ & Tyrolis conjuncta. Cabinet I. Band.

II. Fach.
Tab. I. n. 9.

ARCHIDVX. CARINTHI. Scutum ejusdem Carinthiæ. pag. 32. 33.

Unciales
1518.

Argentea duo Numismata, aureis simillima, Franc. Aug.
vide in serie Aureorum. Monnoyes d'argent de S. Maj. l'Empereur pag. 60. Et 61.

SUB FERDINANDO I.

Uncialis
arg. 1532.

FERDI. D. G. ROMA. HVN. BOEM. Æ. REX. INFANS. HISPANI. Protome Principis armata : Caput corona clausa ornat: pone 1532.
 ARCHIDVX. AVST. ET. CARINT. D. STIRI. CARNI. Scuta septem: in medio Carinthiæ ; circum : Romanum, Hungariæ, Bohemiæ, Austriæ, Styriæ, Carnioliae.

Uncialis
arg. 1532.

Similis fere præcedenti , nisi quod coronæ in *Ibidem*. Capite Principis una, altera super scuto Romano, non-nihil aliter effigiatæ sint.

Uncialis
arg. 1557.

FERDINAND. D. G. ROM. HVN. BOE. D. CR. REX. Protome Principis armata , coronata , d. sceptrum , s. Capulum Ensis.

Uncialis
arg. 1557.

INF. HIS. ARCHID. CARINTIE. D. BVR. 1557. Aquila simplex in pectore scutum Carinthiæ. Infra 1) Com. Gaistruk Præpositi Solensis , ambo numi.

) In alio DV. BV. 1557. cetera simili.

Uncialis
argent.

Similis , sed sine anni nota adscripta ; at in epigraphe Capitis loco D. CR. nempe Dalmatiæ, Croatiæ habetur DAC. forte Daciæ , nisi mendum describentium subest.

Uncialis
arg. 1558.

FERDINANDVS. D. G. EL. RO. Im. S. AVG. GER. HVN. 1558. Protome armata, & coronata, d. sceptrum , s. capulum ensis.

Monnoyes d'argent de Sa Maj. l'Empereur pag. 62. N. 5. 6.

Monnoyes de S.M. l'Emperur p. 67 N. ultimo.

Reverendissimi & Illius Com. Gaistruk Præpositi Solensis , ambo numi.

A Mellen. pag. 60. Köhler Münz-Belustig. pag. 289.

Monnoyes d'argent de Sa Maj. l'Empereur pag. 63. N. 4.

BO. Z. REX. IN. HI. ARCHI. AVST. E. C. Z.

Aquila biceps coronata, in pectore scutum Carinthiæ; infra 72

Tota epigraphe ita legenda est : *Ferdinandus Dei gratia electus Romanorum Imperator semper Augustus, Germaniae, Hungariae, Bohemiae &c. Rex, Infans Hispaniae, Archidux Austriae, & Carinthiae &c.*

*Uncialis
arg. 1559.*

Similis Ferdinandi moneta cum anno 1559. *Museum R.
P. Leopoldi
Item Mellen
pag. 62.*
sed nomen FERDINAND. non integre scriptum, & *Fischer S.J.*

in aversa loco Z est ZC.

*Uncialis
arg. 1560.*

Similis præcedentibus. Cum anno 1560. Inscriptio uti in proxime præcedente anni 1559. *Monnages
de Sa Maj.
l' Empereur
p. 63. N. 8.*

SUB CAROLO ARCHIDUCE.

*Unciali
paullo mi-
nor argent.
1574.*

CAROLVS D. G. ARCHIDVX. AVSTRIÆ. *Rdiffimi &
Ilmi Com.
a Gaistruk
Præpositi
Soliensis.*
Protome armata pileo Archiducali tecta, d. sceptrum, f. capulum ensis. 60

ET. CARINTHIÆ. 1574. Scutum compositum Principis, in cuius medio scutum Carinthiæ : seorsim quatuor minora scuta in ora inscriptionis, Austriae, Styriæ, Tyrolis, Goritiæ.

*Uncialis
arg. 1580.*

CAROLVS. D. G. ARCHI. DVX. AVSTRIÆ. *Museum Cl.
de Mana-
getta Vien.
Item Mel-*
Protome armata coronata, d. sceptrum, f. capulum ensis.

ET. CARINTHIÆ. ZC. 1580. Scutum Carinthiæ in medio aliorum.

VALOR.

Uncialis
arg. 1584.

Similis præcedenti (an. 1580. relato.) sed hic
annus 1584.

Grossus
1586.

CAROLVS D. G. ARCHID. AVSTR. Pro-
tome solita cum sceptro & gladio.

ET. CARINTHI. ZC. 1586.

Grossus
1590.

Similis præcedenti (anno 1586. relato) sed hic
annus 1590.

MVSEA.

Monnoyes
d'argent de
S.M. l'Em-
per. p. 130.
Museum Cl.
Martiniz.
Vienne.

Groschen-Cat-
bin. II Fach.
I. Band. Tab.
VII. N. 63.

SUB FERDINANDO II.

Grossus
1607.

FERDINANDVS. D. G. ARCHIDVX. AV-
STRIÆ. Protome solita, archiducali cum pileo : I. Band.
d. sceptrum, s. capulum ensis. Infra ③ II. Fach.
Tab. III. N. 25.

ET. CARINTHIÆ. ZC. 1607. Scutum Ca-
rinthiæ. pag. 69.

Grossus
1610.

Similis præcedenti (an. 1607. relato) sed an- Ex Museo
nus 1610. R.P. Leop.
Fischer S.J.

Uncialis
arg. 1611.

FERDINANDVS. D. G. ARCHIDVX. AV-
STRIÆ. Protome coronata, armata, d. sceptrum Monnoyes
f. ensis capulum. d'argent de
S.M. l'Em-
pereur pag.
131. N. 1.

ET. CARINTHIÆ. ZC. 1611. Scutum coro-
natum pileo archiducali, vellere aureo circumbatum,
compositum e pluribus, in medio majusculum Carinthiæ.

Uncial. ar-
gent. major.
1622.

Insigne numisma duplii inscriptionis ambitu ita: Monnoyes
FERDINANDVS II. D. G. R. I. S. A. G. H. E. B. REX. d'argent de
ARCHI. AVS. E. CARINTHIÆ. D. BVR. EC. S.M. l'Em-
pereur pag.
66. N. 2.

ELEO.

ELEONORA. IMPERATRIX. G. H. B. EC.
REGINA. DVCISSA. MANTVANA. EC. Protomæ
duæ capitibus conjugatis & coronatis, Ferdinandi &
Eleonoræ, infra pectus parvum Carinthiæ scutum.

Aquila biceps in medio, circumdata duplice
ordine scutorum: superius conjuncta scuta Hungariæ,
& Bohemiæ: inferius icuncula S. Viti, in lebete igni
imposito, cum epigraphe circumposita sequente: DIE.
STAT. S. VEIT. 1622.

Grossus
1626.
Item Cru- FERDI. H. D. G. R. I. S. A. H. E. B. REX. *Museum R.*
cifer. Protome Principis, laureato capite, armata, cum au- *P. Leopol-*
reo vellere. Infra ③ *di Fischer*
S. J.

ARCHI. AVS. ET. CARINTHIÆ. DVX.
BVRG. ETC. 1626. Tria scuta, superius Aquila
biceps: inferius Carinthiæ, & Burgundiæ.

Grossus
1628. Similis præcedenti (anno 1626. relato) sed *Groschen-*
annus 1628. *Cabin. B. I.*
Fach II p.
73. & 74.

1636. Similis Grossus, sed notatus an. 1636. *Museu R.P.*
Fischer S.J.

SUB FERDINANDO III.

Uncial.
arg. 1645.
Æ⁹ Aureus DISSES. ERZHERZOGTVMB. KARND. *Monnoyes*
5. Aureo- TEN. REGIERENDT. Scutum Carinthiæ coro- *d'argent de*
rum. natum pileo archiducali, utrimque Leo arrectus & *S. M. l'Em-*
alatus, seu Griff. Sic *pereur pag.*
324.

1645. HERR. BVRGGRAFF. VND. HEREN. VERORDENDTEN. Sex scuta Procerum Carinthiæ.

*Aur. Illini
Dñi Ba-
ronis de
Schneeweis.*

*Uncial.
argent.
-----* Fortasse ad hæc tempora pertinet numus se-*Ibidem.*
quens anni nota destitutus.

ILLVSTRIVM. ARCHIDVC. CARIN.
PROCER. MVNus. Scutum Carinthiæ, cum pileo archiducali.

TIMOR. DOMINI. ODIT. MALVM. AR-
ROGANTIAM. ET. SVPERBIAM. ET. VIAM.
PRAVAM. ET. OS. BILINGVE. DETESTA-
TVR. Hæc sola epigraphe aream numi explet.

*Grossus
1648.* FERDI. III. D. G. R. I. S. A. G. H. E. B. E *Museo*
RE. Protome laureata Ferdinandi, infra valor ③ *R. P. Leo-*
poldi Fi-
scher S. J.
ARCH. AVS. E. CARINT. DV. BV. ET.

1648. Tria scuta, Aquila Imperii superius sola: infe-
rius a dextris Carinthiæ: a sinistris Burgundiæ.

*Grossus
1653.* Similis grossus, uti anno 1648. nisi hæc alia *R. P. Fi-*
DV. BVR. 1653. *scher S. J.*

*Uncialis
arg. 1657.* FERDINAND. III. D. G. ROM. IM. S. A. *A Mellen*
G. H. E. B. REX. 1657. Protome Imperatoris lau-*pag. 130.*
reatum.

ARCHI. DVX. AVS. E. CARINTHIÆ.
D. B. EC. Insignia coronata, torque velleris au-
rei cincta.

VALOR.

Uncial.arg. Inscriptio ut in præcedente. Protome similis; Monnoyes
sed sine numero anni. d'argen. de SaM. l'Em-
pereur pag. 67 N.2.

ARCHIDVX. AVS. E. CARINTHIÆ.
D. B. Scutum Principis e multis compositum, cin- Item R. P.
ctum torque velleris aurei: superimpositum est scu- Francisci Hernbrand
tum parvum Carinthiæ: supra id corona Cæsarea a S. J.
duobus geniis sustentatur.

Monetæ argenteæ, majoris moduli, unciales nempe & semiunciales, in Carinthia signatæ, postremum, quod norim, sub Ferdinando III, occurunt.

SUB LEOPOLDO.

Quinarius 1664. LEOPOLDVS. D. G. R. I. S. A. G. H. E. B. Ex Museo R. P. Leo-
REX. Caput laureatum, infra quod valor ③ poldi Fi-
ARCHI. AVS. E. CARINT. D. BVR. 1664. jéber S. J.

Aquila biceps, in pectore scutum compositum: Infra scutum Carinthiæ cum pileo archiducali.

Septenarius 1673. Inscriptio & caput, uti anno 1664. Infra ⑥ Rdissimi & Ilmi Com.
ARCHI. D. AVS. E. CARINT. DVX. a Gaifruk
BVR. 1673. Aquila biceps coronata, in pectore Soliensis. Præpositi
scutum Carinthiæ, cum pileo archiducali.

Grossus 1675. Simili figura & epigraphe uti Quinarius an. 1664. Ex Museo R. P. Fi-
Sed annus 1675. & nota valoris ③ scher S. J.

Denarius 1682. LEOPOLDVS. D. G. R. I. S. A. G. H. B. R. Rdissimi &
Caput laureatum: infra quod valor ③ Ilmi Com.
a Gaifruk.

AR-

ARCHI. D. AVS. E. CARIN. D. B. 1682. Scutum Carinthiæ, Cæsarea corona tectum, torque aurei velleris cinctum.

Grossus
1696.

Simili figura & epigraphe, ut Quinarius 1664, Ex Museo R. P. Fijcher S. J.
sed annus 1696. & nota valoris ③

Grossus
1702.

LEOPOLDVS &c. uti in Quinario 1664. (Sed Ex Museo R. P. Leopoldi Fijcher S. J.
hic in aversa annus 1720. vitiose signatus est, loco Vide Grosschen-Cabinet P. I. Fach. II.
1702.) Infra caput nota ③ pag. 31.

Grossus
1706.

LEOPOLD. D. G. R. I. A. G. H. B. Caput Ex Museo R. P. Leo-
laureatum, infra quod nota valoris ③ poldi Fijcher S. J.

ARCHI. D. AVS. E. CARIN. D. BVR. 1706. Ex nostro.

Tria scuta, superius Aquila biceps: inferius ad dextram Carinthiæ, ad sinistram Burgundiæ. Infra ②

In hoc Grosso rursum peccavit sculptor in numero anni 1706. loco 1705. Nam Leopoldus jam anno 1705, Maji Mensis die 5.^{ta} ad Superos abiit.

Complures alii sub Leopoldo habentur Quinari, Septenarii, & Grossi, sed nulla fere a præcedentibus typarii varietate præter anni numerum.

S U B J O S E P H O.

Grossus
1711.

IOSEPHVS. D. G. R. I. S. A. G. H. BO. REX. Ex Museo R. P. Leo-
Caput laureatum; infra ③ poldi Fijcher S. J.

AR-

ARCHI. D. AVS. ET. CARINT. D. BVR.

Aquila biceps, gerens in pectore scutum Carinthiæ cum pileo Archiducali.

S U B C A R O L O VI.

Großs
1714.

CAROLVS. VI. D.G. R. I. S. A. G. HI. HVN.

BO. REX. Caput laureatum; infra ③

ARCHIDVX. AVSTRIAЕ. ET. CARIN-
THIAЕ. Aquila biceps in pectore ejus scutum
Carinthiæ.

Præter Numismata & Monetas, aliud monumentum in-
dicare libuit, quod *Archiducatus Carinthiæ* mentionem facit.
Refert R. P. PHILIBERTUS HUEBER in *Austria ex Archibus*
Mellic. illustrata, Appendix III. pag. 297. inter *sacras antiquitates*
in *Monasterio Melicensi adservatas*: vetus Sepulchrum S. Colo-
manni Martyris ita inscriptum:

„ Rudolphus IV. Dei gratia Archidux Austriae & Carin-
thie, Dominus Carniole, Marchie, Portus Naonis, Comes in
„ Habsburg Veteris Khyburg, & Athasis, Marchio Burgundie, &
„ Landgravius Alsacie me fecit in honorem S. Colomanni, Anno
„ Domini MCCCLXV.

Si ista inscriptio auctoritate ipsius Rudolphi IV. ita
concepta fuisset; hoc vetustissimum mihi quidem se obtulisse-
set documentum, quo *Carinthia*, cum sola *Austria*, *Archidu-
catus* titulo honorata fuisset. At enim hæc Epigraphe serius ab

Chronol. P. II.

Z

ho-

E Museo
R. P. Leo-
poldi Fi-
scher S. J.

homine non satis perito adstituta videtur ; propterea , quod Rudolfus IV. jam anno MCCCLXIV. *Dux Carniole*, non solum *Dominus*, appellatus sit, uti supra ostendimus : neque Rudolfus IV. unquam omisit titulum *Styriæ*, inter Austriam & Carinthiam, ut alia præterea.

C A P V T I X.

*De Marchiæ Carentanæ, seu Styriæ Veteris Principibus,
brevis notitia : ad Tabulam VIII. Genealogicam.*

*De Mar-
chionibus
Styrenibus
Scriptores.*

Dubius hærebam , dicendumne hic aliquid esset de antiquis Marchiæ Styriacæ Principibus, quorum plerique Ottokari nomine inclaruere. Primum enim haud adhuc satis demonstratum est, an omnino, aut qua ratione Styria olim Carentano Ducatui contributa fuerit: deinde Ottokarorum, Styrenium Marchionum, res & Genealogia, jam sunt ab aliis docte solideque illustratæ. Hos inter primo sane loco laudari meretur R. P. SIGISMUNDUS PUSCH S. J. qui in præstantissima illa *Chronologia sacra Ducatus Styriæ* (edita Græcii MDCCXV. & MDCCXVI.) Parte I. a pag. 26. &c. Genealogiam, ac deinde historiam veterem Styriæ, Viciniæque, primus ex antiquis documentis feliciter eruit. Deinde R. P. PETRUS HALLOI S. J. in *Origine & Genealogia Illusterrimæ Gentis Stabrembergicæ*: R. P. MARCUS HANSIZ S. J. Tomo I. & II. Germaniæ sacræ : item VALENTINUS BREVENHUEBERUS in *Annalibus Styrenibus*, de Genealogia rebusque Ottocarorum

Sty-

Styrensum præclare sunt meriti. LAZIUM & AVENTINUM prætero, quibus, quid credendum sit, nescias. Nos quoque in *Diplomatario Garstensi* quædam inspersimus Genealogiæ Ottocarorum profutura.

Accedit, quod de Marchia Styriæ, *Marchiæ Carentanæ* vocabulo interdum appellata, nonnulla jam protulerimus in libello, qui *Genealogiæ Sounekiorum, Comitum Celejæ, & Comitum de Heunburg* specimina duo complectitur, ubi pag. 28. 29. & 30. Leopoldum Styrensem Marchionem, *Carentinorum Marchionem*, e suis primum salutatum fuisse, probabili ratione ostendimus.

Attamen quando & libelli illi PUSCHIR & HALLOII ^{Quenam}
^{hic tractan-} jam rarius occurunt, & ipsa *Archontologiæ Carinthiacæ* ratio da? postulat, ut hac etiam de Marchia, ejusque Moderatoribus aliquid proponatur; rem non ingratam erudito Lectori isto Capite nos præstituros censuimus: quando præterea notitiam isthic paullo ubiorem de chartis illis publicis adjungemus, quæ vel sunt ab ipsismet Styriæ Marchionibus editæ, vel eorumdem fecere mentionem: atque de nexu Carinthiæ cum Styriæ Marchia, alia hic etiam quædam sumus discussuri. Prius itaque de hoc *nexus*, deinde de *Genealogia Ottocarorum*, qualis *Tabula VIII.* proposuimus, argumentis e vetustate petitis, ac singillatim de Ottocarianis diplomatis tractabimus.

Marchiam, seu limitaneam præfecturam, quæ hodie *Styriae statutus antiquus* appellatur, olim Bajoariæ, una cum Carentano *quus*.

limitem fuisse, antequam Bajoariæ Ducatus anno CMLXXVI. in Bajoariæ, & Carentani duos Ducatus diremptus sit, nequaquam dubito. Sed postea, quam singularem propriumque Ducem naœti sunt Carentani, existimo *Marcham* seu limitem, adversus Hungariam tuendum, alterum Bajoariæ fuisse, nempe *Austriam*, seu *Osterrichiam*, vel *Australem terram*, alterum Hungaris oppositum Carentani limitem, qui hodiernam Styriam, inferiorem potissimum, sit complexus. Erat quoque aliis duplex Carinthiæ limes adversus Slavicas nationes exteras, nempe Istriæ unus, alter Carniolæ, cui videtur tertius subinde, *Marchia Vinidorum* appellatus, accessisse.

Styriae mutationes.

Styria Provincia id singulare habet, quod ea, quæ olim *Styrensis regio*, seu *Styræ Marchia*, ab arce, & dein ab urbe *Styra* nominata fuerit, hodie Austriæ sit portio; contra *Styria* hodierna, parte sui inferiore, *Marchia* tantum (quod aliis quoque in provinciis ita in more fuisse constat) vetustiore ætate sit appellata, superiore parte vero Carentano fere attributa fuerit. Nomen *Styriae Marchæ*, a *Marchionibus*, seu *Comitibus Styrensis* hæc provincia tum sortita fuit, cum Ottacari IV. filius Leopoldus potiorem *Marchæ* illius partem, qua hereditate, qua emtione, qua commissa ejus *Marchiæ* cura, sibi vendicavit. Eo factum, ut *Ottokarus*, nobis eo nomine *Sextus*, *Marchio Styrensis*, se non nisi *Marchionem Tertium* scriperit in diplomate Cremisanensibus dato an. MCLXXIX. RETTENPACHER *Annales Cremif.* p. 170. nempe tertius erat a *Leopoldo*, qui pri-

primus *Marcham Carentanam* (seu *Styriam* deinde) admini-
strandam suscepit, potissima jam parte sibi propriam. Atque
id causæ est, cur *Leopoldus* hic *Marchio*, (quem constat an.
MCXXVIII. die XXVI. Octobris decepsisse , ex PUSCHII
Chronol. S. Duc. Styriæ Parte I. pag. 303.) ab aliquot Chro-
nologis appelletur *Marchio Carentinorum*, vel *Karinthiorum*, vi-
delicet a *Chronico Australi*, *Freheri Tomo I.* & a *Clauſtro Neo-
burgensi Hier. Pez. Tomo I.* ambobus ad an. MCXXVIII. & ab
Anonymo Leob. ad an. MCXXV. plura , ut solet, congerente.
Rursum *Clauſtro Neoburgensis Chronistes* illum *Ottocarum Karinthiae
Ducem* vocat, qui *Styriæ Dux* primus, certusque fuerat. Nun-
quam tamen se se Ottocari isti *Marchiones Carinthiæ* scripsere,
Marchionum de Styra, vel *Styrensum*, vel *Styræ*, eoque avito
titulo contenti.

Duas itaque res ex dictis colligimus : *Marcham*, hodie *Marchiones Styriæ*
Styriam, Leopoldo Styrensi *Marchioni*, pleniori jure e suis
primo, subjectam fuisse , eamque antea *Marchiam Carentanam*, *tana*.
faltem, *Chronologorum* fide, appellatam, subinde a Principi-
bus suis *Styriæ* nomen obtinuisse , obliterate tum præcipue
Carentano nomine, cum *Styria Ducatus* honorem an. MCLXXX.
a Friderico I. Augusto adepta fuit. Plusculum de *Marchia* hac
Carentana, ejusque *Marchionibus*, ante *Styensem Leopoldum*,
vide, in *Genealogiæ Sounekiorum Com. Celejæ & Com. de Heun-
burg Specim. I. pag. 28. . . 30.*

At erim in diplomate Friderici (bellicosi dicti) Ducis Austriæ, e Babenbergicis postremi, anno MCCXXX, Græcium, *Styriae* hodiernæ Metropolis, vocatur: *Bayrisch Gretz*, seu *Græcium Bavanicum*, ut a *Græcio Vinidorum* discerneretur: **DUELLIUS Hift. Ord. Teutonici P. III.** Item circa Hardbergam *Styriæ*, *Metæ* *Bavaricæ* loca vicina appellantur in charta Leopoldi March. *Styrensis* circa an. MCXXVIII. **PUSCH Chronol. S. P. I. pag. 302.** Quare *Styria* potius *Bajoariæ Marchia*, quam *Carentani* dicenda erat. Enim vero appellationes hasce ab antiquioribus credo temporibus adhæsisse, quando *Bajoariæ Duces Carentanum* una possidebant, aut etiam antea, quam *Carentanum Bajoariæ* adjungeretur, atque etiam ea de causa, quod incolæ *Styriæ*, sanguinis Germanici, e *Bajoariis* oriundi essent. Perdurant sæpe locorum vetera nomina, mutata ratione Principum & populorum: uti sane hodie *Windisch Gürsten* in Austria: *Windisch Matruy* in Salisburgensi provincia nullis *Vinidis* illic locum obtinentibus.

Equidem post separatum a *Bajoarico Carinthiæ Ducatum*, *Styriæ* superioris partem magnam constat *Carinthiam* fuisse diu appellatam, uti mox ostendam; ex qua re, considerato locorum situ, ultro consequitur: *Styriam inferiorem*, quæ *Marcha* dici soleret, tum quidem certe *Carentanam Marcham* esse, & appellari debuisse. Jam vero de superiore *Styria*, etiam qua *Austriam*, non modo qua hodiernam *Carinthiam* attingit, testimonium habemus luculentum in literis

fun-

fundationis Cœnobii Kotwicensis, datis a B. Altmanno Patavensi Episcopo anno MLXXXIII. quas originarias olim Gotwici vidi, & e quibus LAZIUS quoque *Lib. XII. de Republ. Rom. Cap. III.* sequentia commemorat: ad loca Styriæ hodiernæ superiori vicina, aut propria, nominari allodia ac terras, nempe, *Marchionis Ottocari*, & *Piligrini*, item *Marchionum Harderici & Rudolfi*, ad *Trafsmam fluvium*, ubi ad Occidentem in *Carinthia* oritur.) Trafsmam vero, hodie Trasen, e montibus Styriæ & Austræ limitaneis certo profluit: & *Styrensis Marchio* erat hac ætate *Ottocarus III*, uti inferius demonstrabitur. Satis igitur me indicasse puto nexum, quem cum Carentano habuit olim Styriæ hodiernæ Ducatus, & qua de causa *Archontologiae Carinthiacæ* Styriæ Marchiones inferendi essent.

Unicus etiam superare videtur scrupulus, hic eximendus. In diplomate Henrici *Ducis Bavariæ*, & *Marchionis Austræ*, quo Cœnobia S. Petri Salisburgi quoddam pratum donat anno MCLVI. Testium ordo, qui interfuerere, ita inchoatur: *De fidelibus nostris Otakarus Styrensis Marchio.* (*Thesauri Anecdota Bern. Pez. Tom. VI. seu Codic. diplomat. P. I. pag. 382.* Videtur igitur *Marchio Styriæ*, qualis jam erat hic *Ottocarus V*, *Bavariæ Duci* obstrictus fuisse, quippe, qui eundem fidelem suum vocet. Attamen hic nihil aliud ea *Fidelis* appellatio conficit, nisi feudi titulo aliqua in Bajoaria, vel in Trungovia præter Styram possedisse *Ottocarum V. Styriæ*

Mar-

*Styriæ non
parebat Du-
ci Bavariæ.*

Marchionem; nequaquam vero Marchæ Styriacæ seu Carentanæ causa idem *Fidelis Ducus Bajoariæ* dicebatur. Manifesto exemplo de eodem hoc Ottokaro V. explicationem meam confirmo. Certum est Marcham Styriæ, seu Styriam hodiernam & vero ne quidem Comitatum Styriæ, Bambergensi Episcopo non fuisse subordinatam; legimus tamen in chartis Eberhardi Episcopi Bambergensis, una anni MCLI. altera MCLIV. *Ottocarum fidelem nostrum* ab eodem Præfule appellari, sed addita causa, tituloque: *Fideli nostro Odoacro Marchioni de Stira de quodam beneficio, quod a nobis habuit, cum jam dicta Reichenspergenſe Ecclesia facere Concambium concessimus.* Vide *Chronicon Reichenspergense apud Ludewig. Scriptor. Bamberg. Vol. II. pag. 262. Et 266.* Enim vero Marchiones Styrenses nulli Duci, ne Carentano quidem, subiectos, & ne subordinatos quidem a Sæculo saltem XI. fuisse, omnes eorum Chartæ publicæ satis declarant, ubi propria, plenaque auctoritate donant, alienantque fundos, ac Ministerialibus suis donandi, ac alienandi potestatem faciunt, aliaque statuunt, quæ plenum tum quidem jus territorii ipsos obtinuisse commonstrant: plane ut nexus Marchæ hujus Carentanæ seu Styriæ, soli Cæfari subiectæ, cum Carinthia in nomine potius ac vicinia quam in subiectio-
nis alicujus titulo fundatus videatur, si superioris Styriæ magna pars partem excipias, a Carinthia ad Styriæ Principatum anno MDXXI. traductam. Sed de hac parte satis.

Reliquum est, ut de Genealogia Styriæ Principum ea *Genealogia
Marchio-
num Styriae.* paucis comprobemus, quæ *Tabula VIII.* exhibuimus. Quoniam sex, Ottocari nomine, Principes statuimus, & unum *Leopoldum*, nonnulla difficultas oritur rite hos Ottocaros discernendi. Diplomatū subsidio præcipue nitar, attamen ad eruendos primos quatuor Ottocaros utar etiam verbis *Fragmēti veteris Genealogici*, quod plenius exscripsit ex Bibliotheca Cæsarea Vindobonensi **HANSIZIUS G. S. Tom. II.** pag. 211. & ante eum e *Chronico Voraviensi* protulit **PUSCHIUS**. En verba: „ Otacher Marchio Styriensis, filius Otachyr „ Marchionis, genuit Ozy Marchionem, qui temporibus Henrici III. Imperatoris pollebat. Hic Ozy genuit Otachyr Marchionem, qui temporibus Henrici IV. & V. inclytus fuit, „ & Salzburgensibus Archiepiscopis Gebhardo, Tymoni, nec „ non & Conrado jam senex viriliter assistens, eos in persecutionibus fovebat, qui etiam cum Germano suo Adalberone Gweram habuit, donec idem Albero a Ministerialibus suis occisus est juxta Julben (*Liuben*).“

Primos quatuor Ottocaros, & quarti fratrem *Adalberonem*, cum quibusdam temporis characteribus, hic nacti sumus. Porro ex **BERNARDO NORICO** discimus in *Chronico Laureacensium & Pataviensium Episcoporum HIERON. PEZ Tom. I.* in appendice pag. 305. Prædia quædam a Piligrino Pataviensi collata fuisse Otachero Marchioni Styriæ: Piligrinum vero sedisse ab anno DCCCCLXXI. ad DCCCCXCI. His *Chronol. P. II.*

accedunt diplomata duo Altmanni Pataviensis , alterum anno MLXXXII. datum , continens commutationem cum Ottokaro Marchione Styrenſi pro Ecclesia Gærſtina , ubi Clericos fundabat Marchio : *Diplomatarii Garſtensis N. I.*) Alterum (quod habeo integrum ex MStis PUSCHI , e Glunicensis Cœnobii tabulario) datum Laureaci XIV. Kalend. Augusti , Anno MLXXXVIII. quo aliam permutationem cum Ottokaro Illustri Marchione Styriæ B. Altmannus Antistes constituit ; verba in rem nostram sunt : „ Hæc „ omnia prædictus Marchio (Ottokarus) & Pater ejus „ Ottakerius , qui Romæ obiit , dudum ante ætatem no- „ stram a Perergrino Pataviensi Episcopo in beneficium su- „ sceperat .)

Denique diploma Garſtensem N. III. quo circa annum MCXII. Ottokarus Marchio memorat : patrem suum Ottakarum Marchionem instituisse Clericos in Gærſten , ac Romæ defunctum dormire : se vero Benedictinos (confirmante Udalrico Pataviensi) Clericis in Gærſten substi- tuisse.

Ex hisce documentis inter se collatis , sequens sy- ſtema Genealogicum confeci , cuius nexus ex adjecto sche- mate patebit .

CÆSARES.	MARCHIONES STYRENSES.	EPISCOPI PATAVIENSES, ET SALISBURGENSES.
	Ottachyr I. circa 970.	Piligrinus Pataviensis.
	Ottacher II. ab anno 991. circiter ad 1039.	ab 971. ad 991. Almannus Pataviensis.
Henricus III. Imperator. ab 1046. ad 1056.	Oezo, vel Ozy, seu Ottacher III. Incipit circa 1039.	ab 1065. ad 1091. Udalricus Pataviensis.
	Clericos in Gærsten inducit 1082.	ab 1092. ad 1121. Gebhardus
	obit circa 1088.	Salisburgensis.
	Romæ sepultus.	ab 1060. ad 1088. Thiemo Salisburgensis.
Henricus IV. ab 1056. ad 1106.	Ottacher IV. Incipit circa 1088.	ab 1090. ad 1101. Conradus I.
Henricus V. Rex 1199. Imperator ab 1111. ad 1125.	Benedictinos in Gærsten instituit ab 1107. ad 1112. obit 1122. senex. Adalbero seu Albero, frater Ottacheri IV.	Salisburgensis. ab 1105. ad 1147.
	Ex FRAGMENTO GENEALOG.	

Omnia isthic concordant cum præmissis documentis ; sed in solo diplome Glunicensi, loco : Et Pater ejus Ottakerius, qui Romæ obiit, pronam ac necessariam in apographo mutationem unius syllabæ substituo : Et Pater ejus Ottakerii, qui Romæ obiit. Neque enim Pater ejus Ottakeri, qui an. MCXII. certo, immo decennio amplius, vivebat, potuit anno CMXCI. negotia cum Piligrino vivente tractare ; nisi Patri & filio ultra CXX. annos Principatus affingas.

Tempora Principatus ac vitæ primorum trium Ottocarorum incerta sunt, & ex conjectura ita annos ad scriptorum ac diplomatum testimonia accommodavimus. De tertio tamen Ottocaro, seu Ozy illud constat : eundem anno MLXXXII. vel sequente Clericos in Gærsten stabiliuisse : atque subinde Romæ mortuum ac sepultum fuisse. Ceterorum Styriæ Marchionum res minus difficultatis habent, quorum isthic diplomata annorum ordine indicabo, & quæ ad Genealogiam faciunt, paucis adnotabo.

Diploma-
tum Series.

I N D I C V L V S

*Diplomatum veterum, Principum Styriæ,
vel de iis.*

OTTOCARUS III. FILIUS OTTOCART II.

Oezo, seu Ottocarus III. inter testes primo loco nominatur ita ; *Oezo Marchio de Styre*, in charta Ernesti Marchionis Austriæ, qua is cum Swanehilde

uxo-

uxore Medlicensi Benedictinorum Cœnobio confirmat prædium Wikendorf. Annus deest: sed Ernestus floruit ab an. MLVI. ad MLXXV.

HUEBER *Austria ex Archiv. Mellic. Illustrata*, docum. I.

LAZIUS Lib. XII. *de Republ. Rom. Cap. III.* Chartam fundationis Admontensis Cœnobii commemorat, anno MLXXV. a Gebhardo Salisburgensi Archiepiscopo publicatam, cui testis subscriperit: Ottokarus Marchio Styriæ. Verum ea charta in *Diplomatario Admontensi Bern. Pez Thesauri anecdota. Tomo III. Parte III.* non comparet. Attamen alibi LAZIUS documentum istud videre potuit.

1082. Altmannus Pataviensis commutat Ecclesiam *Diplomatarium Garstenense N.I.* Gärstinam pro aliis Ecclesiasticis fundis cum Ottokaro Marchione Styriæ.) Hic obiit Romæ.
1083. In charta fundationis Kotwicensis mentio fit Ottokari Marchionis, uti supra dictum fuit 1083.

OTTOCARUS IV. FILIUS OTTOCARI III.

1088. Altmannus Pataviensis Commutationem, & re-
stitutionem prædiorum acceptat ab Ottakerio illustri Mar-
chione Styriæ, . . . Hæc omnia prædictus Marchio & Pater Puschii.
ejus Ottakerius (corrido Ottakerii) qui Romæ obiit &c...
Datum Laureaci XIV. Kal. Augusti MLXXXVIII.

Hoc diploma, admissa correctione, potest ad Ottocarum III, vel ejus filium Ottocarum IV. referri, si correctio non admittatur, sed legatur: *Et ejus Pater Ottakerius, qui Romæ obiit, tum certo Ottacari IV. erit, quia idem in alio sequente diplomate ipsus ait: Patrem suum (Ottocarum III.) Romæ sepultum dormire. Ego Ottocaro IV. potius hoc diploma, correctione facta, tribuendum puto, ob rerum ceterarum confessionem, præcipue ob Gebhardum Salisburgensem ab Ottocaro IV. adjutum; nam anno 1088. obiit Gebhardus.*

*Circa
1107.*

Obiit *Elisabetha Leopoldi Pulcri March. Austriæ filia, Ottaci IV. uxor, VI. Idus Octobris. Puschius ex Chron. Voraviensi, & ex Tabella plumbea.*

*Intra
1092.
& 1112.*

*Udalricus Pataviensis confirmat concambium Garsten-
fium N.II.*

Altmanni decessoris cum Marchione Ottokaro.

*Circa
1112.*

*Ottokar IV. Marchio Bertholdo Abbati primo in Garstenfium N. III.
Gærsten confirmat donata a Patre suo Ottakero Sty-
rienſi . . . qui Romæ defunctus dormit, quique Clericos
religiosos in Gærsten instituit; iis Ottakar filius Mona-
chos (Benedictinos) suffecit. Datum apud Laureacum,
in Cæmiterio S. Laurentii An. MCX. & II. Indict. V.*

1122.

*Ottacarus IV. obiit MCXXII. IV. Kal. Decembr.
sepultus in Gærsten. Chronicon Mellicense: item Admon-
tense: item Vetus Austriæ Chron. Hier. Pez. Diem ex Tabella
plumbea Puschius eruit.*

LEO-

1123. LEOPOLDUS OTTOCARI IV. FILIUS. Garstenium
N. IV.

Leopoldus Marchio Styrensis Bertholdo Abbati in Gærsten, confirmans, quæ Pater meus piæ memorie Ottocarum Marchio Styrensis Ecclesiæ in Garstine donavit. Datum Styræ an. MCXXIII. Indict. XV. II. Kal. Martii. Comprobat hoc diploma annum & diem mortis Ottokari IV.

Circa
1123. Garstenium
N. V.
Liupoldus junior Marchio Austriæ, rogatu cognati sui Liupoldi Styrensis Marchionis, donat Vineam Garstensibus. Sine anno & die.

1128. Diploma-
tarium
Runense.
N. I.
circiter. *Leopoldus DEI favente gratia Marchio de Styra, instinctu Conjugis meæ Sophiæ) in favorem Runensis Cœnobii prædium Rudigero datum: quod Cœnوبium a fundo construxi. (Deest annus).*

1129. *Leopoldus decepsit an. MCXXIX. die XXVI. Octobris. Probat id e tribus Chronicis Pusch Chronol. S. Ducatus Styriæ Parte I. pag. 303. Ubi & Conjugem Sophiam Henrici Nigri Bavariæ Ducis filiam invenies, quæ etiam mox recurret cum filio Ottocaro V. anno 1138, in qua memorabili charta perhibetur: Leopoldo Marchioni patrem fuisse Ottocarum, matrem Sophiam, sorores Elisabetham ac Margaretham.*

OTTOCARUS V. LEOPOLDI FILIUS.

1138. *Conradus I. Salisburgensis Archiepiscopus, memorat cum laude, & confirmat, quæ olim Leopoldus nensis Mar-*
Diploma-
tarii Ru-
nensis
N. II.

Marchio, ab Ottokaro Marchione Patre suo accepta Runensi Cœnobio dederat, quæque Domina Sophia Marchionissa cum filio suo Marchione Otakero donavit : pro remissione peccatorum suorum, pro salute filii, ac filiarum suarum, Ottokari scilicet Marchionis (quinti), Elyzabet, ac Margarethæ, maximeque pro redemptione animæ Martiti sui Leupoldi Marchionis, sacerisque sui Otokari (quarti) senioris, Henrici Ducis (Carinthiæ), Ottonis de Naun, Waldonisque Comitis (de Riuna). . . . Acta sunt hæc anno Dom. Incarnat. Millesimo, centesimo, tricesimo, octavo die octavo Kal. Martii.

1142. Conradus I. Salisburg. quædam donat Canonice Diplomaticæ Secundarii Seccoviensi : *Actum est Friesach. anno mill. cent. quadragess. secundo. Indictione quinta Testibus : Udalrico N. III. Duce (Carinthiæ) Otachero Marchione. . . .*
1144. Cedente Ottocaro Marchione de Styria, Villa quam a Cunrado II. Rege Rom. Runensi Cistercio do- natur. An. MCXLIV. Ind. VII. Regni Cunradi VII^{mo}. Datum Wirzeburg feliciter Amen.
1145. Mentio fit hoc anno Marchionis Styrensis, in charta Garstensi. *Diplomaticæ Garstense N. VII.*
1146. Otokarus misericordia & permissione Altissimi Mar- chio Stirenensis. . . . Donat Runensibus Villas quasdam. *Diplomaticæ Ru- bæc Runæ an. ab Incarn. Dom. mill. centes. quadrag. sexto. Indict. IX. sexto Idus Junii, regnante Conrado Rom. Rege se- cundo, Anno regni ejus nono.* *Eo-*

1146.

Eodem anno Incarnationis Domini MCXLVI. *Diploma-*
tarii Ru-
 In tribus deinceps chartis Runensibus Otakarus *Mar-*
nensis *N. V. VI.*
chio comparet; in prima firmat donationem Hen-*VII.*
 rici de Dunckenstain, sui Ministerialis. Datum
 in loco Stanga dicto, XVI. Calend. Julii, Indi-
 ctione IX. hac subscriptione: *Ego Otakarus nutu Su-*
perti Opificis Marchio Styrensis. . . .) Deinde pe-
 nes monogramma: *Signum Otakari Marchionis invi-*
ctissimi.

In altera charta VI. Idus Julii, Ind. IX. *Actum*
 in Episcopatu Ratisponensi, Conradus II. Rex prædium
 ab Otokaro Marchione, & Heinrico Duce Bavariæ elibe-
 ratum, donat Runensibus.

In tertia Otakarus *Divina favente Clementia Mar-*
chio Styrensis, ratum concambium factum inter Abba-
 tes Runensem & S. Lamberti. *Data Graze XI. Kal.*
Septembris. . . .

1148.

Otakar *Divina favente Clementia Stirensis Marchio*, *Tabula-*
 donat Sancto Lamberto Ecclesiam S. Mariæ, *Sancti- rium S.*
que Michaëlis in Grazluppa, cum omnibus eo spe-
 tantibus. . . . Fecit hoc pro remissione peccatorum suorum,
 pro salute Cunegundis, Uxoris suæ dilectæ, ceterorumque
 karissimorum suorum, maximeque pro redemptione animæ
 patris sui Liupaldi Marchionis, & matris suæ Sophie. . . .
 Anno ab Incarnatione Domini MCXLVIII. Indictione X.

Chronol. P. II.

B b

(po-

(potius XI.) Die IX. Kalendarum Martiarum. Data
Graeze feliciter Amen.

Signum Domini Otakri Marchionis Invictissimi.



- 1151.** Eberhardus Episcopus Bambergensis in duabus *Chronicon Reicher-*
- 1154.** Chartis mentionem facit *Odakeri Marchionis de Styra*, *sperg. Ludewig. Script. Bamberg. Vol. II. pag. 262.* quem & fidelem suum, & *Advocatum suum* vocat, de que beneficio ei collato quædam tractat. An. MCLI. *& 266.*

Paullo post Commutatio inter *Cunradum Episc. Patavien- Diplomatica Gar-*
1154. *sem, & Sigehardum Abbatem Garstensem, & Cœno- stensis N. IX.* *bium, cuius nomine *Advocatus Garstensis Otakar Mar-**
chio de Styra, prædia tradidit, & Testem egit cum
Cadelhoco Præposito Pataviensi & aliis. (sine loco & anno)
sed annus circiter colligitur ex Episcopo & Præpo-
sito Pataviensi, una cum Abate. Cadelhoch Præpo-
situs apud Hansium Tom. I. occurrit anno 1143. Suc-
cessor Cadelhochi Albonus jam an. 1165. Præpositu-
ram finivit.

1156. In Charta Eberhardi I. Salisburgensis, qua idem *Diplomatica Ru-*
Runenses a decimis immunes declarat, testis aderat: *Ota- nensis N. VIII.*
kar Marchio. Datum apud Modniz V. Kal. Martias MCLVI.
Indictione quarta Pontificatus nostri anno nono: regnante Im-
peratore Friderico. De-

De Charta Henrici Duci Bajoariæ & Marchionis Austricæ, Anni MCLVI. supra dictum est.

1161. Otaker *Marchio Styrensis* confirmat permutatio-*Diploma-*
nem prædiorum factam a Wernhero Præposito Sec-*tarii Sec-*
coviensi. *Actum Leuben Indict. Octava XVI. Kal. Maii*
Anno MCLXI. . . .

1163. Ottackarus *DEI gratia Marchio Styræ, . . . Avus Diploma-*
meus Ottackarus *Marchio plantationem in Gersten omni-*
bus modis ampliavit. . . . Pater meus Leopoldus fide-
liter conservavit. Declarat Advocatiam Gærstensem
liberam &c.

Investituræ testes sunt Leopoldus Marchio filius
meus. . . . *Datum in Castro Styræ Anno Dominicæ In-*
carnat. MCLXIII.

Vereor, ne ista : de *Leopoldo filio*, ex alia
Charta, Ottocari IV. isthic repræsentata, & confirma-
ta, huc intrusa sint, omissis præcedentibus. Sane
Leopoldus iste Marchio deinceps, vel antea, nusquam
comparet. Hoc vero anno MCLXIII. natum fuisse
Ottocaro V. ex Chunegunde Vohburgica filium Otto-
carum VI. die XIX. Augusti, perhibet Chronicon Ad-
montense, apud Hieron. Pez. Script. Austr. Tom. II. p. 189.

1163. Ego Odacker Divina pietate Styrensis Marchio . . . *Diploma-*
pro salute nostra, & diœctæ Conjugis nostræ Chunegundis, scelli
nec non & karissimi filii nostri Otakari . . . fundat Ca-

noniam sub regula S. Augustini, in *Vorowe* seu *Vorau*.
Acta sunt hæc anno Dominicæ Incarnat. M. C. LXIII. apud
Fischbach, annuente consilio & assensu Domini Eberhardi Vene-
rabilis *Juvavensis* Archiepiscopi anno Pontificatus sui XVI.

1164. Otokar annuente Cœlestii Clementia Marchio Styriæ, Diploma-
tarii Ru-
Gerlaco Abbatii Runensi, & Ecclesiæ quædam donat. nenfis
In urbe Graze (sine die). N. X.

1164. Otaker Marchio de Styria dotat fundatam ab se Diploma-
Cartusiam Seizensem. *Acta* sunt hæc anno Incarn. Do-
minicæ MCLXV. Alexandro III. Apostol. Sedi præsidente,
Friderico Imp. regnante, Udalrico in Cathedra Aquilejenſi
præsidente, Basilio Priore in eremo Cartusiensi, Beremundo
Priore loci hujus existente, feliciter Amen.) Dies deest,
sed post XXIV. Decembris anni vel MCLXV. vel
potius MCLXIV. datum est; scribitur MCLXV. in-
choato nempe anno a die Natali Domini. Si quidem
constat Ottocarum V. in Palæstinam moventem, in
Hungaria ad Quinque Ecclesias mortem oppetiisse die
ultima Decembris. Ita Chronicon Voraviense, & Necrolo-
gium Seizense. Item Chronicon Allerspachense Henr. Canifii
Tom. III. p. 261. in folio, quæ Chronica etiam annum
MCLXV. notant. Reichenbergense Chron. errore typi ha-
bet MCLXX. loco MCLXV. vel LXIV. Reliqua enim
omnia Chronica notant ann. MCLXIV. Godefridi mon.
Salisburg. Australie, Augustense &c.

OT-

OTTOCARUS VI. V^{ti} FILIUS,
MARCHIO & DUX.

1170. Compositio litis Admontensis Cœnobii facta Codex diplomaticus
est : His testibus tunc per aurem attractis : Otagrio Admont.
Marchione de Styre.) Actum Anno Incarn. Dom. Bern. Pez.
MCLXX. Item Otokari mentio in Bulla Alexan- Tom. III.
dri III. PP. Admontensibus data. P. III.
N. 62. &
N. 4.
1172. Ottokarus Marchio de Styra confert Seccoviensi Diplomatica Sec-
Canoniæ Ecclesiam Schænberg. Anno Incarn. Dom. coviensis
milles. centes. septuagesimo secundo, Indict. quinta, Feria N. XIX.
tertia, die decima septima Kal. Junii in foro Græze, im-
perante Friderico Augusto, feliciter Amen.
1173. Otakerus Marchio Stirensis omnibus Christi fidelibus Tabula-
vel in perpetuum. Firmat delegationem traditionis rium S.
1183. Goutfridi de Dirnstein, factam Sancto Lamberto. Anno Lamberti.
Incarnationis Dominicæ MCLXXXIII. juxta Ecclesiam S.
Martini, sub Castro Caffenbergo, regnante Friderico Impe-
ratore, sub Archiepiscopo Salzburgensi Adalberto. Puto,
anni numero demendum X, ut sit MCLXXXIII. nam
titulus Marchionis alioqui non congrueret jam quar-
tum in annum Duci Otakaro VI ; attamen & Fride-
rici I. imperium, & Adalberti sedes nihil hic certi sup-
peditant, quippe quæ utriquæ anno convenient.
1173. Ottocarus D. G. Dux (corrigere Marchio) Styriae, Diplomatica Sec-
Wernhero Præposito, & Canoniæ Seccoviensi Juris- coviensis
N. XX.

dictionem Civilem in suo territorio, & immunitatem
a vectigalibus confert.

*Actum anno Dom. Incarn. milles. centes. septuages
tertio, Indict. V. (forte VI.) Die Dom. XV. Kal. April.
in foro Leuben.) Diei nota annum comprobat,
sed titulum Ducis male hic positum esse, sequentia
probant; tum & sigillum appensum Marchionis titu-
lum refert.*

1174. *In nomine..... Otacher Marchio Styriensis Wern-* Ibidem N. XXI.

hero Præposito & Canoniae Seccoviensi donat (imi-
tatus Gloriosissimorum Parentum & Prædecessorum munifi-
centiam) silvam & prædium. *Actum in foro Græce, in
Ecclesia S. Ægidii Anno M.C.LXXIV. Indict. VII. decima
tertia Kal. Martii.*

1176. *In Codice Diplomat. Admontensi, edito Tom. III.
P. III. Thesauri Anecdot. Bern. Pez. Perperam sub hoc
anno MCLXXVI. citatur Charta Ottocari Ducis, quam
nos suo loco ad annum MCLXXXVI. referemus.*

1177. *Alexander Papa III. Seizenses Cartusianos so- Diploma-
latur, & addit: Nos enim dilectum filium nostrum, tarii Sei-
nensis N. III.
nobilem Virum Otokarum Marchionem Styrensem per nostra
scripta attente rogavimus, ut vos propensius diligat, ma-
nuteneat, & honoret. Datum Venetiis in Rivoalto
II. Kal. Aprilis.)*

Constat hoc anno MCLXXVII. Alexandrum III.
fuisse Venetiis, & cum Friderico I. Aug. conciliatum,
schisina solvisse.

1179. *In Nomine Sanctæ.... Ego Odoakarus tertius DEI Annales
gratia Styrensis Marchio & Advocatus S. Salvatoris mun- Cremifa-
di, Sanctique Agapiti Martyris in Chremesmonasterio : ad nenjæ Ret-
tollendos abusus Advocatiæ ejus Cœnobii Benedictini,
novas eidem Advocatiæ leges statuit, devictus pre- tenpacheri
cibus Udalrici Abbatis, & fratrum. Data Chremesmo- Lib. II.
nasterii anno Dominicæ Incarnationis MCLXXVIII.) sine
die. Tertius Marchio vocatur, incipiendo a Leopoldo,
primo Marchione Styriæ hodiernæ, e sua stirpe.*

1179. *In Nomine.... Otokarus mutu Superni Opificis Diploma-
Marchio Styr. Donationem Hainrici, & Sigenhardi tarii Ru-
Comitum de Schala Runensi Cistercio factam ratam nensis N. XI.
habet. Acta sunt hæc Dom. Inc. Anno mill. cent. septua- Cap. XII.
ges. nono.) pag. 170. Sine die & loco.*

OTTOCARUS VI. DUX STYRIÆ.

1179. Nonnulla Chronica, & nonnulla Diplomata, sed
1180. vitiose descripta, ante annum MCLXXX. Marchionem Styriæ Ottocarum VI. DVCEM renunciatum
prodidere; sed e melioribus Chronicis, & ex compluribus Tabulis publicis, hactenus memoratis, certum
est: Ottocarum non nisi aut an. MCLXXIX, forte
die

die Natali Domini , aut post eam , aut potius anno MCLXXX. *Ducis* dignatione cohonestatum fuisse. Sane coævus *Auctōr Chronicī Garstensis MSti* (quod inter *Colleūtanea Puschii* inveni) scribit: An. MCLXXX. Ottacarum Ducem Styriæ factum : mox an. MCLXXXI. fuisse hoc Chronicon ab se finitum testatur.

Quoniam Marchia Styriæ , seu Carentana , in Ducatum erecta , quisquis demum nexus Styriæ cum Carinthiæ fuerat , hic certo desiit , brevissime chartas Ducis Ottocari indicabimus.

1181. Duæ chartæ Garstenses extant , quarum priore *Diploma-*
vel *tarium*
 1182. *Ottokarus Dux Styrensis* : altera *Leopoldus Dux Austriae*, *Garstense*
N. XV. ob amicitiam & cognationem *Ducis Ottokari* dant quas-*& XVI.*
 dam gratias Garstensibus , eo tempore , quo in Palæ-
 stinam iter parant. Id fuit anno vel MLXXXI. vel
 sequente , quo Leopoldus Dux eo movit. Quare de-
 sideratus in chartis annus suppleri potest.
1182. *Otacher DEI gratia Dux Styrensis* , in Seizenses *Diploma-*
tarii Sei-
 se munificum præbet. Actum ante Ecclesiam Racher-*zenfis*
N. IX. spurch Anno MCLXXXII. Indict. prima (post initium
 Septembris inchoatæ.) Dies deest.
1182. *Otacherus Divina favente Clementia Dux Styriæ*, *Diploma-*
tarii Sec-
 Privilegia quædam Canoniae Seccoviensi impertit : *covensis*
N. XXII. Actum Anno ab Incarn. Dom. milles. centes. octoges. se-
 cundo , Indict. XV. tertio Kalend. Decembr. Luna XXX.

De-

Decennoven V. in Vigilia S. Andreæ Apostoli feria II. ante Ecclesiam S. Aegidii, hora die tertia, foro Græce, feli- citer Amen.

Accurate characteres temporis signati sunt.

1182. † Otaker DEI gratia Dux Styriæ, roborat con- Tabula-
tractum inter Perengerum Abbatem S. Lamberti, ^{rium S.}
& Ditmarum De Liechtenstein, initum, præsente Epi- Lamberti.
scopo Frisingensi Alberto. Datum Friesach Anno Do-
mini MCLXXXII.
1184. Lucius III. Papa confirmans Seizensia, meminit Diplomata-
gratiarum collatarum a dilectis filiis nostris Viris nobilibus ^{rii Seizen-} sis N.VII.
Otacher Marchione de Styria, & Otacher Duce, filio ejus....
Datum Veronæ XIII. Kal. Aprilis.
1184. Otacher Styriensis Dux prædia donat, & privile- Diplomata-
gia firmat Canoniæ Vorayensi. Meminit Patris sui Ota- ^{rii Miscelli} N.XLIII.
kari Marchionis fundatoris. Acta M.C. LXXXIV.
1185. Nos Otocharus Divina miseratione Dux Styrensis, Diplomata-
Seizensibus Cartusianis confirmat vetera, & largitur ^{rii Seizen-} sis N.X.
nova. Datum in Rakerspurg V. Kal. Octobris. Indictione
tertia. Incarnat. Dom. Anno M.C. LXXXV....
1186. In Nomine Sanctæ Trinitatis & Individuæ Uni- Pusch Cbro-
tatis Ottokarus Dux Styriæ omnibus fidelibus in perpetuum Duc. Styriæ
Ducatum Styriæ, de consilio ministerialium, transcri- ^{nol. Sacrae} P.II. pag.
bit, post mortem suam possidendum, si absque herede
decesserit, cognato suo Leopoldo Duci Austriae, sal- 29. &c.

vis Styriæ juribus , & aliis pactis ; sed nulla mentio-
ne venditionis. *Acta sunt hæc anno Dom. Incarnat.*
millesimo centesimo octuagesimo sexto , Indictione quarta ,
sesto decimo Kalendas Septembris , in monte S. Georgii ,
apud Anesum forum.

1186. *Benefacta Illustris Principis Otakir Ducis Styren-* Codex Dipl.
sis , qui concessit , ut Ministeriales sui libere dona- Admont.
re possent Admontensibus &c. Anno Incarnat. Dom. P. III. Bern. Pez.
MCLXXXVI. Tom. III.
N. 66.
1188. *Idem Otaker D. G. Dux Styrensis Admontensi-* Ibid. N. 67.
bus dat duas Capellas Leobienses , precibus Adal-
berti II. Salzburgensis. Actum An. Dom. MCLXXXVIII.
Indict. VI. IV. Nonas Augusti.
1187. *Ottackarus DEI Gratia Dux Styriæ binis tabu-* Diploma-
lis gratias impertit Parthenoni Gössensi hoc anno sénis Gösf.
MCLXXXVII. Ambæ in Castro Guetenwerch. Kal. Octo- N. XI &
bris , rem actam perhibent. N. XVI,
1188. *Vide paullo superius Adinontensem chartam.* Diploma-
tarii Ru-
1189. *Otakarus Divina favente Clementia Dux Styrensis ,* nensis
tres villas Runensibus restituit , ubi recurrit : Pater N. XII.
meus felicis memoriæ Otakar Marchio de Styra , & Pater
suius Marchio Leopoldus cognomento fortis , cum assensu
Matris meæ Cunigundis Marchionissæ. . . . Acta sunt
Græze in Civitate omnia ista Anno Incarn. Dom. milles. centes.
octuag. nono. Indict. septima die quarto Idus Augusti die vide-
licet S. Laurentii. . . . Die-

1191. Diemudi Traunkirchensi Abbatissæ restituit ju-
Pusch Chron.
Sacra Duc.
ra Advocatiæ violata , instaurato privilegio Ottacari Styr. Parte
II. pag. 16.
Comitis unius Proavorum Ducis Ottocari. Acta apud
Ludewig.
Anisum , an. Incarn. Dom. MCXCI. Indict. IX.
Tom. IV.
Rel. MS.

1191. Otacherus D. G. Dux Styriæ Seccoviensi Collegio
vel
1192. Canonicorum prædia & alpes donat. Acta sunt hæc an. Do-
mini MCLXXVII. apud Judenburgh imperante D. Henrico VI.
Imp. sub Werenhero Præposito. Annus vitiose scriptus, esse
debet MCXCII. vel præcedens ; quia Henricus VI. an. de-
mum MCXCI. in Aprili Imperator Romæ coronatus fuit.

Anno Domini MCXCII. Septimo Idus Maji mori-
tur Otacherus Dux Styriæ. Ita Necrologium Seccoviense, &
Traunkirchense: alii VIII. Idus. Obiit sine liberis ; quare
successit Leopoldus Dux Austriæ. Fueritne Ottocaro
Duci uxor, filia Leopoldi Austriaci, uti recentiores Ta-
bulæ Claustro-Neoburgenses , & alii perhibent, merito du-
bitatur ; quando nulla uxoris mentio neque apud vetu-
stiores Chronologos, neque in ullo diplomate occurrit.

1192. Annum obitus Ottocari Ducis, atque succendentis
in Ducatum Styriæ Leopoldi Ducis Austriæ confirmat
Charta ejusdem Leopoldi Ducis Styriæ & Austriae, qua Sec-
coviensis Collegii Advocati munus suscipit, & privile-
gia confirmat. Acta sunt hæc anno Inc. Dom. milles. centes.
nonages. secundo, Indict. X. regnante Rom. Imp. Henrico VI.
Græce , feliciter Amen.

*Marchiones
vetustiores
Marchiæ
Carentanæ,
seu Styriæ.*

Hæc interea de Marchionibus Styriæ , Duceque ex eadem stirpe primo atque postremo dicta funto. De aliis Marchionibus Marchiæ Carentanæ, qui ante, vel intra hanc Ottocarorum stirpem, cum titulo *Marchionis* occurrunt, atque in *Tabula Genealogica VIII.* adscripti habentur, videri possunt, quæ protulimus in Libello : *Genealogiæ Sonnekiorum Comitum Celejæ & Comitum de Heunburg specimina duo*, toto fere specimine priore, ubi *Udalricum*, *Popponem*, & *Starchandum* ex profapia *Wilhelmi Comitis de Wimmar in Turingia*, *Marchiones Carentanos* exhibuimus : deinde vero *Guntherum de Hohenwarte*, *Piligrini filium*, *Marchionem inferioris Styriæ*, e documentis Admontensibus desumsimus.

His nunc adjungimus e documentis Tabularii celeberrimi Cœnobii ad S. Lambertum, Ordinis S. Benedicti, duos *Marchiones Carinthiæ*, certum unum *Adalberonem*, probabiliter alterum *Burchardum*. Enim vero in diplomate Henrici IV. Imperatoris, *Dux Carinthiæ Henricus*, perfectam ab se Abbatiam S. Lamberti tradit, sub tutela Imperii, Sancto Petro Principi Apostolorum per manus *Burchardi Marchionis*, anno MCXVI. Conveniens utique erat, Carinthiæ Marchionem ad id deligi ; tametsi aliud nihil de hoc *Burchardo Marchione* norim.

Adalbero vero diserte *Marchio in Carinthia* in diplomate Ottonis III. memoratur, quod ita habet integrum :

„ In

„ In nomine Sancte & individue Trinitatis : Otto
 „ Tertius Servus JESU Christi , & Romanorum Impera-
 „ tor Augustus secundum voluntatem DEI Salvatoris , no-
 „ strique liberatoris. Omnibus fidelibus nostris præsentि-
 „ bus & futuris notum esse volumus , qualiter nos inter-
 „ ventu Henrici Ducis , nostrique consanguinei dilecti , &
 „ Udalrici nostri amabilis Capellani , Adalberoni Marchioni
 „ centum mansos donavimus in Provincia Karinthia , ac in
 „ Marchia Comitatunque memorati Marchionis Adalberonis
 „ sitos , ubicunque locorum terris eidem Adalberoni pla-
 „ cuerit assūmendos. Atque eosdem mansos cum omni-
 „ bus utensilibus , areis , ædificiis , terris cultis & incultis ,
 „ agris , pratis , campis , pascuis , silvis , Venationibus , aquis ,
 „ aquarumque decursibus , piscationibus , molendinis , viis ,
 „ & inviis , exitibus seu reditibus , tam quesitis quam inqui-
 „ rendis , ceterisque appendiciis , quæ adhuc dici , aut inveniri
 „ possint , sibi in proprium tradidimus. Eo tenore ut sæpe jam
 „ habitus Adalbero de eodem prædio liberam faciendi , quod
 „ velit , potestatem habeat , sive illud tradere , commutare ,
 „ vendere , seu magis sibi obtinere voluerit. Et ut hæc tradi-
 „ tio firmior permaneat , hanc paginam manu propria corroboro-
 „ rantes sigillare jussimus .

„ Signum Domini Ottonis **L.S.** Cæsar is invictissimi .

„ Heribertus Cancellarius vice Wiligisi Archiepiscopi novit .

„ Data Idibus Aprilis : Anno Dominice Incarnationis Millesimo. Indictione XIII. Anno Tertii Ottonis Regni XVI. Imperii IIII. Acta Quitelinburg.

Neminem hic offendat tituli initialis formula, aliis quidem Augustis insolita, sed Ottoni III. minime insueta, ut videre licet *Chronici Gottwicensis Tomo I. Lib. II. pag. 215.* Adalbero hic in *Carinthia Marchio*, postea Dux *Carinthiae*, agmen dicit *Marchionum Carinthiae*, ante Marchiones Styrenses occurrentium, quorum alii certis indicis, alii probabilibus conjecturis, se se mihi obtulere. Eorum hic seriem, at minime perfectam, aut potius specimen seriei aliquod adscribo.

*Anno 1000.
circiter ad
1035.* *Adalbero Marquardi Comitis in Muerzthal & Eppenstein, filius, Marchio circa 1000 : Dux 1012. exauctioratur 1035. obit 1039.*

*Ab 1035.
ad 1062.
circiter.* *Marquardus*, Adalberonis filius, & haud dubie *Heres Marchiae*, licet Ducatum anno demum 1073. senex obtinuerit. Dubium est, an *Leopoldus Marchio*, qui obiit 1045. Adalberonis *Carinthii*, an potius Adalberti *Austriaci* filius fuerit. Dubium est item, an *Godefridus*, Marchio strenuus, circa Pettomam (aut Pettoviam) *Arnoldi Comitis Lambacensis*, & Rigelae *Franconiae* filius, *Carinthiaci limitis Marchio* fuerit, qui tamen circa 1045. floruit.

*Ab 1062.
circiter ad
1070.* *Odalricus*, Popponis filius, nepos *Wilhelmi Comitis de Wimmar*, certus est *Marchio Carentanus* ab anno 1062.

cir-

circiter ad 1070. circiter. Sed aliquod dubium restat, an non *Istriæ Marchio* fuerit; quia certus *Udalricus* unus & alter hac ætate *Marchio Istriæ* legitur.

Poppo Udalrici filius ab 1070. ad 1090. circiter.

Ab 1070.

ad 1090.

circiter.

Ab 1090.

ad 1102.

Erbo seu Aribō nobilis de Carinthia Princeps, & olim Palatinus Bavariæ Comes, forte Marchio: obiit 1102. Conrado Urspergenſi teste.

Ab 1102 ad 1122. circiter, nihil probabile occursit.

Leopoldus Otakari IV. March. Styrensis filius, ab 1122. ad 1137. circiter, Marchio Carentanus.

Guntherus de Hohenwarte, Piligrini filius, Marchio limitis Carentani circa Cilejam ab 1129. circiter ad 1137. Recepere hanc deinde Marchiam, Styriæ Marchiones in Otakaro V. Leopoldi filio: ejus successor Otakarus VI. anno MCLXXX.

Ab 1129.

ad 1137.

Ducis Styriæ dignationem nactus, Marchionis titulum extinxit.



C A P V T X.

De Scuto Archiducatus Carinthiæ.

*Carinthiæ
Ducum scu-
tum vetus.* Scutum Principum, ac deinde Provinciæ Carinthiæ duplex conspicendum damus in Tabula iconismorum, ad hoc Caput spectantium. Vetustius scutum Ducum Carinthiæ Bernhardi, ejusque filii Ulrici (quale in sigillis *Tabularii Austriae* ipse contemplatus sum) feram refert, quam, nescio, an Pantheram, Leonem, Gryphum sine alis, an Draconis quoddam genus dicam. De coloribus hujus scuti nihil e vetustis monumentis colligi a me potuit. Vide figuras ipsas *Num. I. & II. cum annis diplomatum.* In sigillis istis Princeps eques effictus, sinistra scutum, dextra vexillum gerit.

*Ducum Ca-
rinthiæ scu-
tum recen-
tius.* Recentius, atque hodiernum quoque, Carinthiæ scutum delineatum habes *N. III. & sequentibus.* In eodem dispescenda censeo ea, quæ intra scutum continentur, ab illis, quæ scuto imponi solent. Varietas porro quædam se offert cum in iis, quæ ipsi scuto inserta, tum quæ superne constituta sunt. Rursum internæ figuræ eadem quidem constanter in Carinthiæ scuto, ab anno **MCCLXIV.** vel certe ab an. **MCCLXX,** ac deinceps conspicuntur; attamen situs, compositionis modus, ornatusque interdum variant. Sane in *Tabulæ N. III. IV. V. VII. X. XI.* scutum bifariam linea perpendiculari sectum, ad dextram tres leones gradientes ad sinistram scutum exhibet, cuius campus fascia horizontali di-

viditur. At enim *N. VI.* tres leones sinistram spectantes : & *N. VIII.* iidem dextram spectantes, utriusque ad sinistram scuti bisecti partem translocati sunt. Ea variatio in aliis quoque sigillis & monetis est a me observata. Apud FUGGERUM in speculo honorum Domus Austriacæ Lib. III. C. V. pag. 312. tres leones in dextra quidem scuti parte locantur, sed introrsum spectantes, contra quam Sigilla & Numi exhibeant saltem plerumque ; nam in numis id nonnunquam observavi *N. XII.*

Porro autem *N. IX.* tres leones suo quidem loco ad dextram scuti partem comparent, sed adverso vultu, eoque situ, quo ejusmodi animalia effigiata apud scutariæ artis peritos solent Leopardi potius, quam Leones appellari.

Minoris momenti sunt dissimiles illi ornatus, queis scuti pars sinistra (Austriacum scutum interea dicemus) variata proponitur *N. V. VI. VII. VIII. X. XI.* Quæ varietas uni sculptorum aut pictorum ingenio tribuenda videtur : quo referenda quoque fuerit Leonum in Leopardos metamorphosis, atque eorundem duplex cauda *N. X.* efformata, in qua tantundem latere mysterii arbitror, quantum in aliarum Provinciarum scutis, quæ bicaudatum Leonem exhibent.

Itaque perpensis omnibus præcipuæ, certæque scuti Carinthiaci recentioris imagines sunt, ad dextram tres leonini generis feræ, super invicem positæ : ad sinistram campus, fascia horizontali intermissus. Colores quod attinet, vetustius documentum non inveni, atque librum insignem Tabularii Austriaci

*Certa in
scuto recentiore.*

Vindobonensis, qui foliis membraneis compluribus maximæ formæ constat, pictorum scutorum plenis. Is Liber initio anno 1445. inscriptus est. Hoc Duce N. IX. scutum Carinthiæ hisce pictum coloribus indicavi: Dextra pars scuti tres nigros Leones seu Leopardos in campo aureo sifit: sinistra fasciam albam seu argenteam, campi rubri medium occupantem. Porro Galeæ chalybeæ, scuto impositæ, corona aurea imminet, e qua duo aurea existunt cornua, quinque prominentibus extrorsum ab utroque bacillis, quorum singulis tria folia (forte trifolii) pendent, ad dextram rubra, ad sinistram nigra. Lemnisci, seu laciniæ e galea defluentes, aureo rubroque colore alternantur.

*Ornamenta
exteriora
scuti Carin-
thiæ varia.*

Verum enim vero in externis hisce scuti ornamentis iterum varietatis aliquid intervenit. N. IX. X. XI. galeæ situs, & bacillorum item, nonnihil divergunt; porro N. IV. galeam tegit pileus militaris, ut opinor, pennato fastigio insignis. N. XII. quatuor tantum bacilli e cornibus emicant, quæ argenteo & rubro colore discriminantur. At enim hasce galearum formas, ac decorationes pro voluntate Principum alio aliquo modo usurpatas fuisse mihi persuadeo, atque postremo cornua illa, a scuto cuiusdam Ducis, ad Provinciæ Carinthiæ scutum fuisse serius traducta. In monetis plerumque pileus Archiducalis scuto Carinthiæ impositus cernitur: vide UNRESTUS in Chronico Carinthiæ, Germanice conscripto, apud HAHNIUM Collect. Monum. Tom. I. pag. 485. scutum Carinthiæ ita describit: „, Duces Carinthiæ ab antiquo scuto usi sunt

eius-

„ ejusmodi, ut galeæ imposta fuerint duo alba cornua, pelle her-
 „ melina, & pennis pavoninis belle ornata: scutum ipsum aureo
 „ in campo tres nigros leones exhibet; atque hæc etiamnum sunt
 „ Carinthiæ insignia.) Ita Scriptor Sæculi XV. exeuntis, quo
 vetustior tamen paullo est *Liber insignium*, supra laudatus,
 quem sequor. Videtur UNRESTUS conspexisse sigillum si-
 mille illi, quod N. IV. protulimus, ubi pileus hermelina pelle
 inductus, & pennis pavoninis ornatus conspicitur; sed ista
 cornibus, alibi observatis, haud recte, ut opinor, idem ap-
 plicuit, & præter tres leones nullam scuti Austriaci men-
 tionem fecit.

Singularis formæ pileus, galeæ impositus, conspicitur in sigillo Meinhardi Ducis N. XIII. Quodque animadversione dignum, id sigillum appensum fuit diplomati anni MCCLXXXVI. Die S. Ursulæ & Sociarum, sive XXI. Octo-bris; cum eodem anno Kalendis Septembris Meinhardus solenni ritu per agricolam, rustico vestitu ipse coniectus, in Carinthia Dux inauguratus esset. Pilei forma hic sane a militari abludit, atque rusticum petasum aptissime refert, qualem primo suo Ducali sigillo haud illepede inferri voluit Meinhardus. Sigilli hujus notitiam & egyptyon Cl. SPER-
 GESIO debemus. Sane haud absimili pileo coniectus exhibetur Dux Carinthiæ, inaugurationi adstant, apud FUGGERUM speculi honorum Dom. Austr. Lib. III. Cap. V. pag. 311. tametsi non constet, unde iconismum illum FUGGERUS desumserit. Vide etiam N. XV.

Expedita insignium Carinthiacorum descriptione , de eorundem origine quædam pertentanda duxi. Atque de priore quidem Ducum Carinthiæ scuto , quod Pantheram , ut opinor ostentat , originem indagare (nisi fortitudinis symbolum sit) si quis vellet , ille sane in conjecturas se se , sine vetustatis subsidio implicaret. Vetus id Comitum de Valle Lavanda (quos Sponheimenses , & subinde Ortenburgi Comites appellant) gentilitium signum fuit , simillimum ei , quod in Ottokarorum Styriæ Marchionum , ac Ottokari Duciis sigillis , apud *PUSCHIUM in Collect. MStorum* delineatum conspexi. Quare haud ex vano suspicor , Veteres Styriæ Marchiones ex eadem olim stirpe descendisse , e qua Comites de Valle Lavanda , iidemque subinde Carinthiæ Duces , ortum duxere , quorumque postremi Bernhardus & Ulricus Duces Carinthiæ sigillis suis Pantheram illam aut similem feram nobis prodidere.

De recenti Carinthiæ scuto dubia. At vero de altero , eoque hodierno , Carinthiorum scuto res est intricata magis , quam primo intuitu se se offerat. **FUGGERUS** (aut **BIRKENIUS**) *speculi honorum Domus Austriacæ Lib. III. Cap. V. pag. 312.* ab Ottono Duce Sueviæ & Carinthiæ , tres Leones Sueviæ proprios , Carinthiæ scuto illatos fuisse opinatur jam inde ab anno **DCCCCLXXXIX.** Eam rem , ab aliis dictam , refert , nec improbat **SPENERUS Operis Heraldici Parte II. Lib. I.** pag. m. 63. & 64. Idem tamen scutum Austriacum Leonibus

bus adstitutum fuisse existimat a Principibus Austriacis , de gente Habspurga , de quibus antea egit : quem nonnulli Recentiores sequuntur.

Sed mihi seriem Ducum Carinthiæ consideranti , atque conferenti cum iis temporibus , queis tres Leones , cum scuto Austriæ pro Carinthiæ scuto usurpari cœpere , nihil profecto e Suevia pro Leonibus , nec ab Habspurga-
Austriacis , pro scuto Austriaco , arcessendum videtur. Enim vero scutum istud tres Leones , & Austriacam fasciam referens ab Ottocaro Bohemiæ Rege primum productum fuisse , ex Figurarum Tabula nostra constat , quæ prisca Carinthiæ scuta a N. I. ad N. VII e sigillis , ordine temporum , sistit. Ottokarus in sigillis ab anno MCCLXX , vel jam fortasse anno MCCLXIX , prædicta scuti symbola primus adhucuit , qui Carinthiæ Ducatum non ante annum MCCLXX , vel ejus titulum anno præcedente adiit.

Quæ autem , quæso , vel confungi causa satis tuta poterit , quam ob rem Ottokarus novum Carinthiæ scutum e Suevia mutuandum putasset ? Primo enim Otto ille , qui sub Ottone III. Imperatore Carinthiæ præfuit , Franconiæ , non Sueviæ seu Alemanniæ , Dux antea fuerat , uti Capite I. & in Serie Ducum Carinthiæ illustrata ostendimus ; ita & Conradi duo , Carinthiæ Duces , Ottonis filius , ac nepos , ad Franconicam stirpem spectant. At Welfus Dux deinde , dicet aliquis , Suevigena fuit : porro autem Bertholdi Zæ-

ringenses quatuor, cum interposito Conrado, Duces Carinthiæ appellati fuere; igitur horum in memoriam vetusta Sueviæ insignia Carinthiæ restituit Rex Ottokarus, ea Provincia potitus.

Sed videamus, quam hæc sint levia. Welfus ille Suevigena & solus e sua stirpe, & nimium longo abhinc tempore Dux Carinthiæ fuit, cui qualenam scutum gentilium, aut an omnino proprium fuerit, nemo, ut opinor, neque nostra, neque fortassis Ottokari Regis ætate novit. Bertholdi Zæringenses, cum solo titulo Carinthiæ Ducum, eoque (si primum excipias) rarissime ab aliis condecorati sunt, tum etiam Zæringensium scutum Leonem unicum offert apud **BUCELLINUM Tomo I. Germaniæ Parte III. pag. 51.** Porro Badensium Principum scutum (qui certam e Zæringensibus originem deducunt) nunquam tres in eodem scuto Leones commisit. Illud unum pro Suevico scuto dici utcunque posse existimo: Ottokarum Regem, cum novum omnino scutum Carinthiæ tribuere constituisset, atque intellexisset, complures Suevicæ Gentis Principes (re vel titulo) Carinthiæ olim præfuisse; assumpsisse scutum Sueviæ, quale sua ætate, seu Sæculi XIII. dimidio, receptum esset, quin satis indagaret, eadem ne olim eorum Sueviæ Principum insignia fuissent, qui Carinthiam rexissent. Hæc de tribus Leonibus, e Sueviæ scuto mutuatis, quæ probabili ratione pro, & contra differi posse putabam, paucis indicasse sufficiat.

Au-

Austriaci porro scuti ad tres Leones associatio nulla ratione pro Carinthiæ scuto suscepta primum fuit ab Habsburgo-Austriacis Principibus quippe Sæculo demum XIV. Carinthiæ Ducatu potitis ; quam rem abunde Ottokari Regis ætas & sigilla commonstrant.

Jam vero aliam de tribus Leonibus , deque scuto ^{Alia opinio de III. Leonibus.} Austriaco , Carinthiæ attributis , originem , aut mutationis occasiōnem , nos docet , AVENTINUS Annalium Bojorum Lib. VII. pag. 667. Edit. Latinæ 1554. Ingolstadii.) his verbis :
 „ Inter hæc Fridericus (bellicosus) Austriacus magni animi ,
 „ quietis atque otii impatiens , laudis avidus , finitimos armis ul-
 „ tro laceffere cœpit. Omnibus vicinis suis, Bojis, Bohemis, Ugris,
 „ Charionibus (Carinthia) bellum indicit. Agnetem Uxorem ,
 „ filiam Ottonis Dalmatiae Præsidis , ab Andechs (Meraniæ Du-
 „ cis) in Bajoaria Dynastæ , quasi cognatam repudiavit. Ulricum
 „ Charionum Ducem , quod Pantheram Styriæ , Ducatus sui insi-
 „ gne usurparet , capit eundem , postbac Austriacum scutum tribus
 „ Leonibus a dextra distinguere jubet , atque his porro pro in-
 „ signi Charionum uti præcipit : Agnetem a se repudiatam huic
 „ nubere permittit.)

Ut isthic dubia a certis secernamus , animadverto : Anno MCCXLV. bellum inter Bohemos , & Fridericum bellicosum , Ducem Austriæ & Styriæ , exarsisse : Bohemis auxilio missus fuit a Bernhardo Duce Carinthiæ , filius ejusdem Ulricus. Pugna sub finem anni conserta , Fridericus

victor, atque Ulricus captus fuit. Hæc certa sunt, quæ testimoniis corroborata videri possunt in *Annalibus Austriae R. P. Calles S. J. Tomo II. pag. 340. &c.*) Quibus conditionibus Ulricus, & quando, libertati restitutus sit, in veteribus non invenio. Illud constat, Fridericum bellicosum sexto post Mense, nempe in Junio anni MCCLXVI. in prælio adversum Hungaros inito occubuisse.

*Ea opinio
discutitur.*

Jam ad **AVENTINI** narrationem revertamur, in qua nonnulla displicantur. Ulricus captus fertur, quod Pantheram Styriæ, ipse Dux Carinthiæ, usurpasset. At Ulricus Dux Carinthiæ tunc non fuit, neque Pantheram primus ipse usurpavit, sed Bernhardi Patris viventis, qui scuto illo, haud dubie avito, usus antea fuerat, vestigia pressit: neque ob Ducum Styriæ, & Carinthiæ insignium similitudinem (quæ quidem vera erat) capi potuit Ulricus, qui suppetias duntaxat Bohemiæ Regi Wencezlao, tanquam cognato suo, adduxerat. Deinde Styriæ similem Pantheram, licet avitam, erectam vult Carinthiis Fridericus, ea (apud *Aventinum*) de causa, quod ipse Styriam possideret: attamen Austriae, idem Fridericus, præcipui Ducatus sui scutum obtrudit Carinthiis; quæ sane non cohærent. Denique si hæc etiam de mutando scuto pacta captivus inivisit Ulricus, ea tamen extincto mox deinde Friderico Duce effectum nunquam fuissent fortita; quod egregie comprobant Ulrici Ducis sigilla, quæ in *Tabulario Austr. Vin-*

do-

dobonenſi a me conspecta , ad annos MCCLVI. & conſequentes , vetere Panthera , uti antea (vide N. I. II.) ſunt inſignita. Hæc ſigilla , uti & Styriaca , AVENTINUS cum viderit , mutationemque ſcuti Carinthiaci jam ſub Ottokaro obſervaverit , eandem per conjecturam ad capti liberatique Ulri ci historiam applicuiſſe videtur.

Noſtra demum opinione ab Ottokaro Bohemiæ Rege *Novum Ca-*
rinthiaſ ſcu-
tum quando,
& cur aſ-
fumtum?
 ſcutum Carinthiaæ , quale hodieque videmus , circa annum MCCLXIV. inductum , deinde annis aliquot intermiſſum , atque anno MCCLXX. reſumtum fuit , in reliquos Carinthiaæ Duces duraturum. Nam Anno MCCLXIV. primum apud HUEBERUM in Austria illuſtrata , uti alibi monuiimus , Ottokarus Rex comparet & in titulo diplomatici initiali , & in ſigillo : DVX. CARINTHIAE. Ne vero chartam fictitiam , ſigillumque ex alia charta decerptum , & huc translatum ſuſpicaremur , fere vetat charta Ottokari alia , ejusdem anni MCCLXIV , Tabularii Austr. Vindob. ſigillum ſimillimum , (quale etiam MCCLXXXIII. reſurrit) appenſum vidimus , quin tamen initiali titulo Karinthiae Dux Ottocarus iſthic diceretur. Post an. MCCLXIV. ad an. MCCLXX. nusquam in Ottokari diplomaticis Ducis Carinthiaæ indicium ſe prodiſt , neque in titulo , neque in ſigillis , quod ego norim. Multiplex hic reddenda eſt ratio : I^{mo} Cur an. MCCLXIV. vivo tum Ulrico Duce , Carinthiaſ ſcuto ac titulo uſus ſit Ottokarus ? II^{do} Qua cauſa hæc deinceps quinquennio omiferit ? III^{tio} Quid ad mutandum Carinthiaſ ſcutum Ottokarum per-

moverit? IV^o Ecquid tres Leones cum Scuto Austriæ præ aliis arriserint?

*Tempus
noꝝ scuti
Carinthiæ.*

Ad primum responsio difficilis idcirco videtur, quod Ottokarus Rex (uti in Serie Ducum Carinthiæ illustrata, & Cap. III. perhibuimus) anno MCCLXVIII. demum ab Ulrico Duce Carinthiæ heres, in casum mortis Ulrici, sine herede proprio, institutus fit Ottokarus: atque an. MCCLXIX. defuncto Ulrico, ejusdem frater Philippus Carinthiam sibi vindicare contenterit, anno sequente armis ab Ottokaro extrusus. Ulricum Ducem inter (qui Ottokari amitam matrem habuit) & Ottokarum, constans amicitia vigebat: Philippus, Ulrici frater, sacris destinatus, & electus quidem Salisburgensis Præsul, at Roma primum, deinde Capitulo Canonicorum refragrante, sed de illa an. MCCLVI. frustratus, Ottokaro item adhærebat. Sane PERNOLDUS in Fastis Campilil. editus a R. P. Hanthalero, ad an. MCCLVII. memorat: Regem Ottokarum adjuuisse causam Philippi amore Carinthiæ obtinendæ. Agnovit ergo Philippi jus aliquod in Carinthiam Ottokarus, si Ulricus absque herede (quod etiam deinde contigit) decederet. Ideo igitur ad Salzburensem, ac deinde ad Aquilejensem Sedem obtinendam enixe Philippum juvabat Ottokarus, ut ita Sacris initiatus, illigatusque Philippus, a Ducatu Carinthiæ excluderetur. At quando Sacerdos Ordines non dum suscepserat Philippus, Ottokarus sat securus de possidenda Carinthia esse non poterat, nisi Philippus etiam de suo jure decederet.

Ex

Ex his igitur, quæ satis certa sunt, conjecturam haud improbarem facio: pacta quædam anno MCCLXIV. aut præcedente, inter Philippum & Ottokarum, consensu Ulrici Ducis, constituta fuisse, ut Ottokarus ad Sedem pristinam obtinendam Philippo, ne excluderetur denuo, præsto esset: Philippus vero, assentiente Duce Ulrico, de suo ad Carinthiam jure Ottokaro decederet. Hisce fretus Ottokarus titulum *Ducis Carinthiaæ*, ac *scutum*, securitatis majoris causa, est ausus anno MCCLXIV. usurpare. Ea res cum merito displicuisset Ulrico Duci (etsi amicus Ottokari esset, & cognatus, eundemque sibi successorem destinasset) ac de præcoce Bohemiæ Regis dominandi cupiditate quereretur; abstinendum sibi eo titulo scutoque Ottokarus interea putavit, qui non dum literis publicis ab Ulrico, cum Philippus paullo antea Aquilejæ Patriarcha electus esset, atque abnuente Roma confirmationem, Carinthiæ Ducatum idem Philippus anno MCCLXIX. & sequente captaret, vi depulsus est ab Ottokaro, bonisque pactis anno MCCLXXI. se se dedere, Cremfiumque se recipere est coactus. His igitur responsum est *primo* & *alteri* quæsito: cur an. MCCLXIV. ab Ottokaro Carinthiæ scutum usurpatum, ac subinde quinquennio omissum sit?

Tertium erat: quidnam ad mutanda Carinthiæ insignia *Ratio mutandi scutum Carinthiaæ.* Ottokarum permoverit? Id quidem in promtu est, ex iis, quæ bujus Capitis initio protulimus, ac deinde ex AVENTI-

NO commemoravimus. Scuta Principum aut libera eorum voluntate mutantur, uti Austriacum, dum Fridericus bellicosus Aquilæ simplicis loco, fasciam albam seu argenteam, Campum rubrum horizontaliter dissecantem circa Annum MCCXXXI. substituit, de quo fuse REVERENDISSIMUS HERGOTTUS Tomo I. Monum. Austr. aut scuta mutantur necessitate quadam, qualiter evenit apud Ottocarum Regem, qui jam antea Dux Styriæ stabiliter saltem ab an. MCCLX. cum fuisset, Pantheram Styriæ ab eo tempore scuto suo, sigillisque insertam gestabat. Quoniam vero suæ stirpis postremus Carinthiæ Dux Ulricus eandem Pantheram, atque eodem modo effectam, quo Styriæ Duces, præ se tulit, velletque Ottocarus Rex scutorum symbolis præcipuas Provincias sibi subiectas, singillatim, ac distincte indicare; Carinthiæ, qua recens potitus est, aut cuius antea spem devoraverat, insignia utique immutanda fuere.

*An olim
aliud scu-
tum Ducis,
olim Carinthiæ Ducibus,
aliaque fuisse Ordinibus Provinciæ,
aliquid Du-
catus?*

Quod si quis injiceret: alia fortasse insignia etiam quorum Corpus scuto uti poterat triam Leonum cum Austria-
co, tametsi Principes veteres Pantheram adhiberent: atque adeo non esse ad immutationem scuti sub Ottokaro recur-
rendum.

His ego ita occurserem: negare me, ante Ottokarum, sub antiquis illis Ducibus, Corpus Ordinum Provincialium, cum auctoritate, quali hodie pollet, in Carinthia quidem
cer-

certe constitisse, adeo proprium eidem scutum ea ætate adscribi non posse. Et vero in diplomate illo, quo Ulricus Dux Carinthiæ Ottokaro cognato suo terras omnes, post obitum suum, possidendas spondet, nulla mentio non modo consensus, sed neque consilii Ordinum Provincialium, facta legitur. Quonam vero tempore Provinciæ Carinthiæ Ordines in Corpus unum, auctoramento Principis, vel paullatim crescente Procerum potentia, coaluerint, definire non ausim. Vestigia quidem ejus Corporis prima illi temporis tribuenda puto, quo Ottokarus Rex adversus Rudolfum Cæsarem, bellum commovere, atque Austria, Styria, & Carinthia ad Rudolfum se se inclinare cœpit. Invaluisse subinde, lentis tamen passibus, hujus corporis auctoritas videtur, posteaquam anno MCCCXXXV. mortuo Duce Henrico, Meinhardi filio, Alberto, & Ottoni Austriacis Carinthia a Ludovico Cæsare collata seu redditu fuit. Sane serius multo in literis Ernesti Archiducis Austriæ, Styriæ, & Carinthiæ &c., quibus Archiducatus Carinthiæ iura & privilegia anno MCCCCXIV. confirmat, satis aperta iam fit mentio Ordinum Provinciæ, seu *der ganzen Landschaft unsers Erzherzogthums Khaerndten*. Utcunque de hoc alii constituant, ante Ottokarum Bohemiæ Regem, Carinthiæ Dominum, Ordinum Carinthiæ Provincialium Collegium, quod privatas propriasque rationes, functionesque haberet, constitisse vix credam, nisi disertis testimoniis contrarium edocear.

*In scuto
novo Carin-
thiae cur
scutum
Austriæ
& tres
Leones?*

Quartum denique de scuto Carinthiaco evolvendum, aut potius divinandum restat: ecquid tres Leones cum scuto Austriaco, Ottokaro præ ceteris symbolis arriserint, ut istis Carinthiæ scutum adornaret?

Quod si conjectura illa non probetur, quam superiorius indicavimus: nempe Ottocarum edictum, complures olim Suevicos Principes Carinthiæ Duces fuisse, scutum Suevicum, quale Ottocari tempore fortasse circumferebant, pro novo scuto Carinthiæ adoptasse, adjecto, discriminis causa, Austriaco; si inquam hoc non placeat, uti mihi sane parum placet: de alia insignium istorum origine cogitandum erit. Hariolari ergo liceat, Ottocarum Carinthiæ Ducis scutum, non omnino novum, sed auctum assumpsisse, ita ut seu Pantheræ, seu paullum immutato Leoni Carinthio, alteram Pantheram sive Leonem Styriæ, ac tertium Bohemiæ suæ adjungeret: adderet porro scutum Austriæ; ut ita iudicaret se Bohemiæ Regnum cum Ducatibus Austriæ, Styriæ, & Carinthiæ conjunxisse. Si quis meliora, ac certiora docuerit, habebo gratiam.

*Epitome
di storum.*

De scuto Ducum Carinthiæ (nam a Principibus olim suis insignia accepere subjectæ Provinciæ) hactenus disceptata, in pauca conferre libet: Vetustissimum, quantum novi, Ducum Carinthiæ, e Comitibus de Valle Lavanda, scutum Pantherinæ, aut Leoninæ speciei feram dextrorsum affilientem exhibet, in sigillis Bernhardi, & Ulrici Ducum.

Suc-

Successor Ulrici Ottokarus Bohemus mutatis Clypei symbolis, aut adauctis, tres Leones vel Leopardos dextrorum supra se invicem gradientes, eosque nigros in campo aureo adhibuit, atque ex altera parte scutum Austriacum recentius adjunxit, campum nempe rubeum fascia argentea horizontaliter distinctum; hæc præcipua, cetera scuti Carinthiaci fere accessoria sunt & interdum variata. Protrita illa non moror: Leonem seu Pantheram fortitudinis esse symbolum: fascia vero candida flumen, indicari præcipuum posse, quod regionem permeat, uti Danubius Austriam, Dravus Carinthiam.

F I N I S.



T Y P O T H E T A E E R R A T A .

P A R T E I.

Pag.	Lin.		Corrigē.
9	6	ERNESTO FRIDERICO.	ERNESTO, FRIDERICO.
	ult.	CARLUS	CAROLUS
51	12	Geom. S.	Germ. S.
92	6	Rozen.	Bozen.
96	penult.	fili	filia.
127	II	Comiter.	Comites.

P A R T E P O S T E R I O R E .

Pag.	Lin.		Corrigē.
2	6	ab an. M.D.CXXIII.	DCXXIII.

T A B V L A I.

DVCES SAXONIÆ BAJOARIÆ, ET CARENTANI &c.

Henricus (Auceps) Rex German. 919. † 936. 2. Juli.

Otto I. Rex 936. Imper. 962. 2. Februarii.

† 973. 7. Maii.

Uxor I. Edita Uxor II. Adelheid

*Luitgarda Ludolfus Henricus Otto II. Rex fit
Maritus dux Alemanniæ obit 961. Imper. 967.
Cunradus uxor Ida Juvenis. † 983. die 8. Dec.
dux Lo- Otto Dux Allemanniæ:
tharingiæ dein Bajoar. 976. † 982.
† 955.*

*Otto Dux Franconiæ: dein Carentani Otto III. Rex
Dux 970. Cedit Carentanum 984. Re- fit 983. Imp. 996.
cipit Carentanum 996. † circa 1005. † 1002. 24. Janua-
rii. uxor Juditha.*

*Henricus Dux Franc. Cunradus I. Dux Ca- Bruno Papa
uxor Adelheid, filia rentani circa 1005. fit sub no-
Eberhardi Com. in † 1012. vel 1011. mine Gre-
Egenesheim. Uxor Mathildis Her- gorii V.
manni Sveviæ ducis 966.
filia, ex Gerburga Burgundica.*

*Conradus II. Rex Juditha Cunradus II. seu Chuno. Dux Wor-
fit 1024. in matiensis: Dux fit Carentani 1036.
September. Im- contra Adalberonem. † 1039.*

*perat. 1027. in
Pascha. † 1039.*

*4. Junii.
Uxor Gisela, Her-
manni ducis Sve-
viæ filia.*

*Henricus I. Dux
Bajoariæ 946. † 955.
Uxor Juditha Arnolff
ducis filia.*

*Henricus II. Hezelo. Dux
Bajoariæ 955. Exau-
ditoratus 976. Restitutus
984. † 995. 27. Sept.
Uxor Gisela Conradi
Burgundia Regis filia.*

*Henricus III. (Sanctus)
Dux Bajoar. 995. Rex
1002. in Julio Imper.
1014. 24. Febr. † 1024.
13. Julii.
Uxor Cunigund.*

Luitbaldus seu Luipoldus Bajoariæ Comes ac dux 895. † 907.

Uxor Cunigund Erchangeri Comitis filia: vidua nupsit Conrado I. Regi.

Arnolffus Dux 907. † 937. Bertholdus Dux 937. † 945.

*Juditha,
Henrici I. ducis
Bajoar. Uxor.*

*Eberhardus.
Exul 954.*

*Arnolffus.
† 954.*

Hermannus.

*Bertholdus Comes in Bajoaria.
Uxor Eila, Lotharii Com. de Walbike filia.*

*Henricus (dictus Minor) Dux Carentani 976.
Rebellis pellitur 977. Fit Dux Bajaor. 983.
Bajoaria decedit, & Carentanum recipit 984.
† 996 vel sequente.*

Welfo dynasta in Svevia.

*Welfo Dux Carentani 1047. Conza seu Cuniza
† 1054 vel sequente, improlis. Uxor Azoni march. Estensis.*

*Welfoni successit Cuno † 1058. circ.
Hujus Cunonis seu Cunradi III. ducis Welfo Brunsvicensium ducum
prosapia latet. Sator.*

T A B V L A II.

Birchilo
seu Birthilo

Gebhardus. 1010

BREVIS ZAERINGENSIVM CARENTANI ETIAM, TITVLOTENVS DVCVM, GENEALOGIA -- ET MARCHIONVM BADENSIVM AC VERONENSIVM

Bertholdus I. Comes pagi Brisgoviae 1028. 1048. 1073.
ducatu sveviæ promisso excidit 1057.
† 1077 vel sequente Linbergii. Uxor I^a forte: Richwarda Carinthiaca.
filia, Soror Friderici Marchionis. † 1092. VII. Kal. Novembr.

Bertholdus II. spe, ac titulo, Dux Carinthiæ ab 1078.

† inter turbas an. 1090. mensè Majo.

Uxor Agnes, Rudolfi, sveviæ ducis, dein anti-Cæsar filia,

N: Uxor Gotfridi
Comitis de Calwa.

Rudolfus
Puer obiit.

Ludgarda
tenera ætate †.

Bertholdus, obiit 1111.
ante patrem.

Bertholdus III. dux I. Sueviæ fit 1092.

Dux Carinthie titulo: 1106. 1114.
† 1122. 19. Februarii, occidit Molhemii.
Sepultus in monasterio S. Petri.
Uxor Sophia, Henrici nigri, Bavariae ducis filia;
anno 1122, vel sequente, nupsit Leopoldo, Marchioni
Styrensi, qui † 1129. 25. Octobr.

Agnes Uxor
Stephani Com.
Burgundia.

Gisela, uxor S. Ladislai
Regis Hungariae.

Carinthiæ dux fit 1060.

Exauctioratur 1072. vel sequente: amulo duce Marquardo.
II^a Uxor: Beatrix, Ludwici comitis, & Sophiae

Hermannus Marchio: deinde pastor, vel monachus in Cluniacensi
Cænobio † 1074. VII. Kal. Mai.
Uxor Juditha † 1091. V. Kal. Octobris

Hermannus I: (vel II.) Marchio Badensis
1116 & 1122. Marchio de Baden appellatur.
† 1130 (vel 1137. Irenicus)
Uxor Juditha, Badensis heres.

Hermannus II. (vel III.) Marchio
de Baden legitur: 1139. 1147.
1149. 1150. † 1160.
Uxor: Bertha Lotharinga

N. Nupta
Udalrico I. duci
Carinthiæ.

Hermannus III. (vel IV.) Marchio de Baden
1163. legitur. Marchio Veronensis legitur.
1177. & 1186. † 1190.
Uxor: Bertha Palatina de Tubingen.

Adalbertus primus dux
de Tecca uxor Adelheid.

Clementia nupta duci
Henrico Leoni. Repudiata
1162. die S. Clementis.

Bertholdus IV. 1154. titulo ducis Carinthiæ 1155.
1158. cum Friderico II. imperat. in Italia.
Cedit Friderico II. jus Arelatense, & partem Burgundiaæ 1169.
† 1186. 8. Septembris.

Rudolfus electus
Episc. Moguntinus
dein Leodii
Hermann Com. de Freiburg.

Hugo
Comes.

Bertholdus V. 1187. Dux & Rector Burgundiæ.
Uxor: Ida, Matthæi Comitis Flandriæ filia.

1198. Rex Roman. a paucis eligitur. † 1218.

Anna
C. Urach uxor.

Henricus Marchio
in Hachberg † 1321.
Hachbergenium & Ro-
telanorum parens.

Hermannus IV. (vel V) Marchio Badensis
legitur 1208. 1216. 1226. 1228. † 1243.
Uxor Irmengardis Henrici Palat. filia.

Fridericus I. 1216.
legitur: Frater Hermanni
Marchionis de Baden.

Fridericus & Bertholdus, obiere pueri, ante Patrem.

Hermannus V. (vel VI.) 1248. dux Gertrude filia Henrici Austriaci, dux Austriae.
die 4. Octobr.

Elisabetha uxor Ludovici | Rudolfus I. 1277, marchio Veronæ.
Dñi. de Lichtenberg. | Ux. Cunigund de Eberstein † 1288.

Fridericus II. (Austriacus) Natus 1249. Marchio de Verona 1265 legitur.
† 1268. 29. Octobris Neapoli capite plexus.

Agnes
bis nupta
† 1295.

Hermannus VI.
Propagator
stirpis.

Rudolphus II. | Heijo. | Rudolfus. | Adelheid. | Irmgard.

1272.

Л А Т Е А

ЛІЧЕННЯ СІМІН СІВІВ ПОДІЛІВІСТІВ ОДНОГО КОМПЛЕКСУ

T A B V L A III.

BREVIS GENEALOGIA COMITVM EPPENSTEINIORVM ET IN MVRZTHAL, AC DVCVM CARENTANI.

Marquardus. Richardis 969. nupta *Ulrico* Com.
uxor Hadmuda, Adalberonis Com. de Ebersperg filia de Ebersperg † 1013.

Adalbero Fit dux Carinthiae — An. 1012. Legitur 1013. 1027. 1028.

Exauktoratur 1035. † 1039.

uxor Brigida, filia Hermanni, ducis Sveviæ.

* *Lupoldus* Marchio Marquardus
† 1045. forte filias Fit dux Carinthiae 1073. sed
Adalberonis. æmulio Bertholdo, antea duce. + 1057. XVI. Kal.
† 1077. *uxor Liutpirga*.

Adalbero Episcop. Richardis
Bamberg. 1054. forte, uxor
+ 1057. XVI. Kal. Bertholdi I. Zæ-
Martii. ringensis.

Mathildis
uxor Theobaldi III.
Com. Blefensis
qui + 1151. in Jan.

Luitoldus dux Henricus II. Marchio Istriæ 1077.
Carinthiae 1077. Dux Carinthiae 1090. 1096. 1103. 1114.
† 1090. + 1127. *uxor I^a* *Luithardis*
II^a forte *Beatrix*
III^a *Sophia* Leopoldi Pulchri,
Marchionis Austriæ, filia.
mentio *Sophia* in diplom. *Friderici I. Imp.*
1170.

Udalricus Patriarcha Aquilejæ 1086.
+ 1121. vel 1122.

Henricus III.
dux Carinth. 1128.
+ 1130.

Hartwicus I.
Ratisbonæ episc.
1110. + 1126.

Engelbertus II.
Istriæ Marchio
circa 1128.
an. 1130. Dux Carinthiæ fit,
Monachum induit,
circa 1135.
† 1142. forte.

Engelbertus I. Ante 1120. Marchio Istriæ, & 1122
Bernardus Comes
† 1148. in Palæstina,
circa Aprilem, aut
Martii finem.

Marchionis de Baden, filia.

Hartwicus II.
Episcopus Ratisbon. 1155.

Rapoto Comes de Ortenburg.

Engelbertus III. Marchio Istriæ ab an. 1130. (legitur 1138.
1146. 1147. 1156. 1166.

Udalricus I. dux Carinth.
1135. 1138. (1140.) + circa 1143.
uxor. N. Hermanni I. (vel II.)

Hartwicus II.
Episcopus Ratisbon. 1155.

Rapoto Comes de Ortenburg.

Udalricus I. dux Carinth.
1135. 1138. (1140.) + circa 1143.
uxor. N. Hermanni I. (vel II.)

Hartwicus II.
Episcopus Ratisbon. 1155.

Rapoto Comes de Ortenburg.

Udalricus I. dux Carinth.
1135. 1138. (1140.) + circa 1143.
uxor. N. Hermanni I. (vel II.)

Hartwicus II.
Episcopus Ratisbon. 1155.

Rapoto Comes de Ortenburg.

Udalricus I. dux Carinth.
1135. 1138. (1140.) + circa 1143.
uxor. N. Hermanni I. (vel II.)

Hartwicus II.
Episcopus Ratisbon. 1155.

Rapoto Comes de Ortenburg.

Udalricus I. dux Carinth.
1135. 1138. (1140.) + circa 1143.
uxor. N. Hermanni I. (vel II.)

Hartwicus II.
Episcopus Ratisbon. 1155.

Rapoto Comes de Ortenburg.

Udalricus I. dux Carinth.
1135. 1138. (1140.) + circa 1143.
uxor. N. Hermanni I. (vel II.)

Hartwicus II.
Episcopus Ratisbon. 1155.

Rapoto Comes de Ortenburg.

Udalricus I. dux Carinth.
1135. 1138. (1140.) + circa 1143.
uxor. N. Hermanni I. (vel II.)

Hartwicus II.
Episcopus Ratisbon. 1155.

Rapoto Comes de Ortenburg.

Udalricus I. dux Carinth.
1135. 1138. (1140.) + circa 1143.
uxor. N. Hermanni I. (vel II.)

Hartwicus II.
Episcopus Ratisbon. 1155.

Rapoto Comes de Ortenburg.

Udalricus I. dux Carinth.
1135. 1138. (1140.) + circa 1143.
uxor. N. Hermanni I. (vel II.)

Hartwicus II.
Episcopus Ratisbon. 1155.

Rapoto Comes de Ortenburg.

Udalricus I. dux Carinth.
1135. 1138. (1140.) + circa 1143.
uxor. N. Hermanni I. (vel II.)

Hartwicus II.
Episcopus Ratisbon. 1155.

Rapoto Comes de Ortenburg.

Udalricus I. dux Carinth.
1135. 1138. (1140.) + circa 1143.
uxor. N. Hermanni I. (vel II.)

Hartwicus II.
Episcopus Ratisbon. 1155.

Rapoto Comes de Ortenburg.

Udalricus I. dux Carinth.
1135. 1138. (1140.) + circa 1143.
uxor. N. Hermanni I. (vel II.)

Hartwicus II.
Episcopus Ratisbon. 1155.

Rapoto Comes de Ortenburg.

Udalricus I. dux Carinth.
1135. 1138. (1140.) + circa 1143.
uxor. N. Hermanni I. (vel II.)

Hartwicus II.
Episcopus Ratisbon. 1155.

Rapoto Comes de Ortenburg.

Udalricus I. dux Carinth.
1135. 1138. (1140.) + circa 1143.
uxor. N. Hermanni I. (vel II.)

Hartwicus II.
Episcopus Ratisbon. 1155.

Rapoto Comes de Ortenburg.

Udalricus I. dux Carinth.
1135. 1138. (1140.) + circa 1143.
uxor. N. Hermanni I. (vel II.)

Hartwicus II.
Episcopus Ratisbon. 1155.

Rapoto Comes de Ortenburg.

Udalricus I. dux Carinth.
1135. 1138. (1140.) + circa 1143.
uxor. N. Hermanni I. (vel II.)

Hartwicus II.
Episcopus Ratisbon. 1155.

Rapoto Comes de Ortenburg.

Udalricus I. dux Carinth.
1135. 1138. (1140.) + circa 1143.
uxor. N. Hermanni I. (vel II.)

Hartwicus II.
Episcopus Ratisbon. 1155.

Rapoto Comes de Ortenburg.

Udalricus I. dux Carinth.
1135. 1138. (1140.) + circa 1143.
uxor. N. Hermanni I. (vel II.)

Hartwicus II.
Episcopus Ratisbon. 1155.

Rapoto Comes de Ortenburg.

Udalricus I. dux Carinth.
1135. 1138. (1140.) + circa 1143.
uxor. N. Hermanni I. (vel II.)

Hartwicus II.
Episcopus Ratisbon. 1155.

Rapoto Comes de Ortenburg.

Udalricus I. dux Carinth.
1135. 1138. (1140.) + circa 1143.
uxor. N. Hermanni I. (vel II.)

Hartwicus II.
Episcopus Ratisbon. 1155.

Rapoto Comes de Ortenburg.

Udalricus I. dux Carinth.
1135. 1138. (1140.) + circa 1143.
uxor. N. Hermanni I. (vel II.)

Hartwicus II.
Episcopus Ratisbon. 1155.

Rapoto Comes de Ortenburg.

Udalricus I. dux Carinth.
1135. 1138. (1140.) + circa 1143.
uxor. N. Hermanni I. (vel II.)

Hartwicus II.
Episcopus Ratisbon. 1155.

Rapoto Comes de Ortenburg.

Udalricus I. dux Carinth.
1135. 1138. (1140.) + circa 1143.
uxor. N. Hermanni I. (vel II.)

Hartwicus II.
Episcopus Ratisbon. 1155.

Rapoto Comes de Ortenburg.

Udalricus I. dux Carinth.
1135. 1138. (1140.) + circa 1143.
uxor. N. Hermanni I. (vel II.)

Hartwicus II.
Episcopus Ratisbon. 1155.

Rapoto Comes de Ortenburg.

Udalricus I. dux Carinth.
1135. 1138. (1140.) + circa 1143.
uxor. N. Hermanni I. (vel II.)

Hartwicus II.
Episcopus Ratisbon. 1155.

Rapoto Comes de Ortenburg.

Udalricus I. dux Carinth.
1135. 1138. (1140.) + circa 1143.
uxor. N. Hermanni I. (vel II.)

Hartwicus II.
Episcopus Ratisbon. 1155.

Rapoto Comes de Ortenburg.

Udalricus I. dux Carinth.
1135. 1138. (1140.) + circa 1143.
uxor. N. Hermanni I. (vel II.)

Hartwicus II.
Episcopus Ratisbon. 1155.

Rapoto Comes de Ortenburg.

Udalricus I. dux Carinth.
1135. 1138. (1140.) + circa 1143.
uxor. N. Hermanni I. (vel II.)

Hartwicus II.
Episcopus Ratisbon. 1155.

Rapoto Comes de Ortenburg.

Udalricus I. dux Carinth.
1135. 1138. (1140.) + circa 1143.
uxor. N. Hermanni I. (vel II.)

Hartwicus II.
Episcopus Ratisbon. 1155.

Rapoto Comes de Ortenburg.

Udalricus I. dux Carinth.
1135. 1138. (1140.) + circa 1143.
uxor. N. Hermanni I. (vel II.)

Hartwicus II.
Episcopus Ratisbon. 1155.

Rapoto Comes de Ortenburg.

Udalricus I. dux Carinth.
1135. 1138. (1140.) + circa 1143.
uxor. N. Hermanni I. (vel II.)

Hartwicus II.
Episcopus Ratisbon. 1155.

Rapoto Comes de Ortenburg.

Udalricus I. dux Carinth.
1135. 1138. (1140.) + circa 1143.
uxor. N. Hermanni I. (vel II.)

Hartwicus II.
Episcopus Ratisbon. 1155.

Rapoto Comes de Ortenburg.

Udalricus I. dux Carinth.
1135. 1138. (1140.) + circa 1143.
uxor. N. Hermanni I. (vel II.)

Hartwicus II.
Episcopus Ratisbon. 1155.

Rapoto Comes de Ortenburg.

Udalricus I. dux Carinth.
1135. 1138. (1140.) + circa 1143.
uxor. N. Hermanni I. (vel II.)

Hartwicus II.
Episcopus Ratisbon. 1155.

Rapoto Comes de Ortenburg.

Udalricus I. dux Carinth.
1135. 1138. (1140.) + circa 1143.
uxor. N. Hermanni I. (vel II.)

Hartwicus II.
Episcopus Ratisbon. 1155.

Rapoto Comes de Ortenburg.

Udalricus I. dux Carinth.
1135. 1138. (1140.) + circa 1143.
uxor. N. Hermanni I. (vel II.)

Hartwicus II.
Episcopus Ratisbon. 1155.

Rapoto Comes de Ortenburg.

Udalricus I. dux Carinth.
1135. 1138. (1140.) + circa 1143.
uxor. N. Hermanni I. (vel II.)

Hartwicus II.
Episcopus Ratisbon. 1155.

Rapoto Comes de Ortenburg.

Udalricus I. dux Carinth.
1135. 1138. (1140.) + circa 1143.
uxor. N. Hermanni I. (vel II.)

Hartwicus II.
Episcopus Ratisbon. 1155.

Rapoto Comes de Ortenburg.

Udalricus I. dux Carinth.
1135. 1138. (1140.) + circa 1143.
uxor. N. Hermanni I. (vel II.)

Hartwicus II.
Episcopus Ratisbon. 1155.

Rapoto Comes de Ortenburg.

Udalricus I. dux Carinth.
1135. 1138. (1140.) + circa 1143.
uxor. N. Hermanni I. (vel II.)

Hartwicus II.
Episcopus Ratisbon. 1155.

Rapoto Comes de Ortenburg.

Udalricus I. dux Carinth.
1135. 1138. (1140.) + circa 1143.
uxor. N. Hermanni I. (vel II.)

Hartwicus II.
Episcopus Ratisbon. 1155.

Rapoto Comes de Ortenburg.

Udalricus I. dux Carinth.
1135. 1138. (1140.) + circa 1143.
uxor. N. Hermanni I. (vel II.)

Hartwicus II.
Episcopus Ratisbon. 1155.

Rapoto Comes de Ortenburg.

Udalricus I. dux Carinth.
1135. 1138. (1140.) + circa 1143.
uxor. N. Hermanni I. (vel II.)

Hartwicus II.
Episcopus Ratisbon. 1155.

Rapoto Comes de Ortenburg.

Udalricus I. dux Carinth.
1135. 1138. (1140.) + circa 1143.
uxor. N. Hermanni I. (vel II.)

Hartwicus II.
Episcopus Ratisbon. 1155.

Rapoto Comes de Ortenburg.

Udalricus I. dux Carinth.
1135. 1138. (1140.) + circa 1143.
uxor. N. Hermanni I. (vel II.)

Hartwicus II.
Episcopus Ratisbon. 1155.

Rapoto Comes de Ortenburg.

Udalricus I. dux Carinth.
1135. 1138. (1140.) + circa 1143.
uxor.

LA D A V A

MICHAEL DE L'ANCIENNE
DU DOUCE GOUVERNEMENT
DU ROYAL DES CHAMPS
DU PAYS DE LA
VALLÉE DE LA
MAYENNE

PAR
LE COMTE DE
LA VILLE
DU MANS
DU PAYS DE LA
MAYENNE

PAR
LE COMTE DE
LA VILLE
DU MANS
DU PAYS DE LA
MAYENNE

PAR
LE COMTE DE
LA VILLE
DU MANS
DU PAYS DE LA
MAYENNE

PAR
LE COMTE DE
LA VILLE
DU MANS
DU PAYS DE LA
MAYENNE

PAR
LE COMTE DE
LA VILLE
DU MANS
DU PAYS DE LA
MAYENNE

PAR
LE COMTE DE
LA VILLE
DU MANS
DU PAYS DE LA
MAYENNE

PAR
LE COMTE DE
LA VILLE
DU MANS
DU PAYS DE LA
MAYENNE

T A B U L A IV.

BREVIS GENEALOGIA ANDECHSIORUM, UNDE MARCHIONES ISTRIÆ ET DUCES MERANIE.

*Arnoldus seu Arnulfus Comes
Uxor: Gisela*

Chunradus Clericus in Dieffen.

*Poppo legitur 1147.
† 1151.*

*Bertholdus I. Comes de Andechs. legitur: 1128.
1130. 1132. 1142. 1147. 1150. † 1151. sepultus in Dieffen.
Uxor: Sophia de Amertal. 1132.*

*Otto Comes de Wolfratshausen.
Uxor Lauritta 1132.*

*Otto Clericus 1153.
Episcop. Bambergens. 1177.
† 1191.*

*Bertholdus II. Comes legitur: 1153. 1154. 1156.
1161. 1164. 1172.
— Marchio Istriae: 1174. 1179. 1180. 1183.
1184. † 1187. vel ante.
Uxor: Hadwig, filia regis Daniæ, † 1176. sepulta in Dieffen.*

*Mathildis.
Abbatissa in Ottelstetten.
† 1164.*

*Euphemia
Abbatissa in Altenmunster.
† 1180.*

*Gisula
Comitissa de Monte.*

*Mathildes
Uxor: Engelberti II.
Comitis Goritiæ,
qui † circa 1187.*

*Bertholdus III. Dux Meraniae 1173. 1179. 1180. 1183.
— Dux Meraniae, & Marchio Istriae 1187. 1193. 1194. 1199. 1201. † 1204.
Uxor: Agnes seu Aalix, Dedonis Comitis a Ræchliz Misnii filia.*

*Poppo
Episcopus Bambergensis 1235.
Inter turbas † 1242.*

*Ecbertus Episcopus
Bambergensis 1203.
† 1237.*

*Otto I. Dux Meraniae, & Comes Palatinus
Burgundiae. Decedit jure in Istriam Patriar-
chæ Bertholdo, suo fratri, circa 1229. †
1234.
Uxor: Beatrix, Ottonis Palatini Burgundiae
filia. † 1231 sepulti in Lankheim ambo.*

*Henricus, Marchio Istriae 1204.
1209. die Epiphaniæ exauctioratur
† 1228. circiter.
Uxor: Sophia filia Alberti Com. de
Weichspurg.*

*Bertholdus Patriarcha
Aquilejæ 1218. Ab Ottone ei
Istria ceditur circa 1229.
† 1251. 23. Maii.*

*Filiæ quatuor.
Gertrud Andreæ Regis Agnes Philippi
Hungar. Ux. † 1212. Regis Galliæ uxor
vel 1213. † 1250.
Hedwig Hermanni Si- Mathildis Abbatissa in
lesii uxor † 1241. Kitzing ad Heripol.*

*Otto II. Dux Meraniae, Comes Palatinus Burgundiae.
† 1248. in Blassenburg, occisus ab Hagero.
Uxor: Blanca Theopoldi Campaniæ Com. filia.*

*Agnes uxor Friderici II. Duci Austriae
1229. sed repudiata 1243.
Nubit 1248. Ulrico III. (vel IV.) Duci
Carinthia. † 1262. circiter.*

*Elisabeth uxor
I. Herdegen de Grundlach,
II. Friderici de Zoller
Burggraviæ Norimberg.*

*Beatrix uxor
Comitis N. de
Orlamunde.*

*Margaretha
Cedit sua iura in
Burgundiæ Hugoni Com.*

*Elisabeth; seu Alisa uxor I. Hugonis Comitis Burgundiæ.
II. Philippi Sabaudiæ Comitis.*

VI. S A U A T

REMARQUE SUR LA MÉTÉOROLOGIE DE LA TERRE ET DES MÉTÉORES

de la Terre et des
Météores

CONTINUED
CONTINUATION OF THE
MÉTÉOROLOGIE DE LA TERRE ET DES
MÉTÉORES

MÉTÉORES
DE LA TERRE ET DES
MÉTÉORES

CONTINUATION
DE LA MÉTÉOROLOGIE
DE LA TERRE ET DES
MÉTÉORES

CONTINUATION
DE LA MÉTÉOROLOGIE
DE LA TERRE ET DES
MÉTÉORES

T A B U L A . V.

BREVIS GENEALOGIA COMITUM TYROLIS.

Berchtoldus 1141. *Albertus I.* *Ulricus forte*
Comes Tyrolis 1177. 1158.

Henricus I. 1184. 1189.
Uxor: *Agnes de Wangen.*

Albertus II. 1202.
1204. 1208.

Henricus II. 1202.

Albertus III. 1212. 1214. 1217. 1224. 1234. 1238. *Mentio dubia Comitis Palatini Carinthiae* 1241. 1253. † 1253.
Uxor: *Juta, seu Guta, vel Uta.*

Adelheid
Ux. *Meinhardi III.* Com. Goritiæ

Elisabetha
Ux. *Gebhardi* Com.
de Hirschberg.

Albertus IV. † Circa 1374
Ux. I. *Helena* 1342.
Ux. II. *Catharina, Friderici Celejani fil.* 1353.

2.
Henricus IV. natus 1376. † 1454.
Sponsa I. *Elisabetha Leopoldi probi Austr. Fil.*
II. *Elisabetha Hermanni Celejani Fil.*
III. *Catharina, (Polona vel Hungara.)*

2.
Margaretha
Uxor *Joannis* Com. de
Ottingen.

3.
Joannes † 1462.
Sponsa: *Elisabetha Ulrici*
Celejani Fil.

3.
Ludovicus.
† 1456. vel 1457.

3.
Leonardus Ultimus
Comes Goritiæ, & Palatinus Carinthiae
† 12. Aprilis 1500. Leontii, ibidem
sepultus.
Uxor I. N. Nicolai Bosniæ regis fil.
II. *Paula Ludovici III. Gonzagæ Mantua Marchionis filia*

BREVIS GENEALOGIA PALATINORUM CARINTHIÆ. EX COMITIBUS GORITIÆ.

Engelbertus III. Com. Goritiæ. † circa 1220.

Meinhardus III. 1223. &c. † 1258. 22. Julii.
Uxor: *Adelheid, filia Alberti III. Com. Tyrolis,*
† 1275.

Meinhardus IV.
(VIDE Tab. VI.)
Albertus II. Com.
Goritiæ, Palatinus C.
Carinthia 1286. † 1304.
ux. I. *Euphemia Glogoviensis*
II. *Euphemia Ortenburgii Hermanni filia.*

Henricus II. † 1323. 24. April. Tarvisii.
Uxor I. *Beatrix de Camin.* Ux. II. *Beatrix Bavara.*

Meinhardus IV. † circa 1319.
sine Liberis.

2.
Joannes seu Joannes Henricus
† 1338. Sponsa I. *Beatrix.*
Petri R. Sicil. fil. Sponsa II. *Anna*
Friderici pulchri Austrii filia
sine Liberis.

Meinhardus VII. † 1385.
Ux. I. *Catharina de Pfannberg.*
II. *Utebild Udalrici de Mætsch. fil.*

Henricus III. † 1363. *Filiae quinque.*
Ux. *Ziliola Jacobi Carrariensis filia.*

2.
Joannes Meinhardus. † 1430.
Uxor I. *Magdalena Friderici Bavar. D. Fil.*
II. *Agnes Petovienfis.*

Filiae quinque.

3.
Ludovicus.
† 1456. vel 1457.

T A B U L A VI.

BREVIS GENEALOGIA DUCUM CARINTHIÆ E COMITUM GORITIÆ AC TYROLIS STIRPE.

Meinhardus III. Com. Goritiæ † 1258. 22. Julii.

Uxor Adelheid filia & heres Alberti III. Com. Tyrolis.

Meinhardus IV. Com. Tyrolis & Goritiæ. Ab an. 1276. Carinthiam pro Rudolfo rege administrat. 1282. Alberto & Rudolfo Rudolfi filii, confertur jus in Carinthiam cum Austria & Styria: sed illis non traditur. 1285. 29. Martii designatur Dux Carinthiæ. 1286. die 1. Februarii fit Dux Carinthiæ, & die 1. Septembris in Carinthia inauguratur, † 1295. die 1. Novembris in Greiffenberg, Sepultus in Stams, ubi & filii quiescunt.
Uxor: Elisabetha Ottonis illustris Bavar. Duc. filia. Vidua Conradi IV. Regis Rom. Nupta Meinhardo 1259. Monachii. † 1273. 6. Octobris, sepulta in Stams.

*Albertus II. Adelheita. Bertha.
HOS TRES VIDE TAB. V.*

*Otto † Oeniponte 1310. 25. Maii
Uxor: Euphemia fil. Henrici Ducis Wratislaviæ.*

Quatuor filiæ

*Albertus † 1292. die 24. Aprilis.
Uxor: Agnes filia Com. de Hagerloch & Hohenberg.*

Margaretha nupta Friderico IV. Burggratio Norimberg.

Johannes & alia proles.

*Ludovicus † 1305. die 22. Septembris. Cælebs vixit.
Oto, Ludovicus, Henricus simul Duces Carinthiæ ab 1295. 1. Novembris.*

*Henricus. 1306. Rex Bohemiæ, mox pellitur.
1307. regnum adeptus.
1310. 15. Decembris Bohemia pellitur.
† 1335. 4. Aprilis in Castro Tyrol.
Uxor I. Anna Wenceslai Sen. R. Bohem. & Polon. filia. Nupta 1306. † 1313. 3. Sept.
II. Adelheid Henrici Brunswic. filia. Nupta 1315. in autumno, † 1320. 18. Aug.
III. Beatrix Amadei Subaudi filia nupta circa 1327. † 1331. 20. Decembris.*

*Elisabetha Uxor Alberti I. Duciis Austriae Habsburgici.
Nupta 1276.
Vidua a 1. Maii 1308.
† 1313. 28. Octobris, in Kœnigsfeld sepulta.*

Agnes uxor Friderici Landgravii Thuringiæ, & Marchionis Misniæ. † 1293.

*Leopoldus.
Obiit puer.*

*Margaretha (dicta Maultasch, vel Senior) mortuo patre captat Ducatum Carinthiæ.
1336. Joannes rex Bohem. pro se, & filio Joanne & uxore hujus Margaretha, jus in Carinthiam Austriae cedit. 1342. dux Ludovico Bavar. Duces Carinthiæ se appellant Margaretha, & Ludovicus.
† 1369. Vindobona, Circa 3. Octobris.
Maritus I. Joannes Henricus, Joannis Luzenburgici, regis Bohemiæ filius.
Nuptiæ 1330. vel sequente. Repudiatur 1341. 2. Novembris.
Maritus II. Ludovicus Bavaricæ Dux, Ludovici IV. Imp. filius, Marchio Brandenburgi.
Nuptiæ illegitimæ 1342. 10. Februarii Meraniæ. Legitimæ fuit ibidem 1359. 3. Septembris.
† 1361. 18. Septembris.*

*Adelheid nata circa 1317.
Postremum legitur 1341.*

*Albertus filius
naturalis, natus circa 1330.*

*Meinhardus natus circa 1343. Marchio Brandenburgi, Superioris Bavaricæ Dux & Comes Tyrolis. † 1363. 13. Januarii Meraniæ.
Uxor. Margaretha (Junior) Alberti II. Duciæ Austriae filia, nupta 1359. Septemb.
Dein nupsit 1364. Joanni Henrico, socrus suæ olim marito. † 1366. 13. Januarii.*

*2.
Hermanus
memoratus 1360.
Puer obierit.*

*2.
Filia N. desponsata
Mastino Veronensi 1349.*

T A B V L A VII.

BREVIS GENEALOGIA DVCVM CARINTHIÆ EX AVGVSTA STIRPE HABSBVRGO-AVSTRIACA.

*Albertus Rudolfi Imperatoris filius, fit Dux Austriæ, Styriæ, ac titulo juris reservati, Dux Carinthiæ 1282.
Cedit Carinthiæ possessionem Meinhardo Tyrolensi 1286. † 1308. 1. Maii.
Uxor Elisabetha Meinhardi Tyrolensis filia. † 1313. 28. Octobris.*

<i>Præter complures filios & filias : Rudolfus III. Fridericum Cæfarem &c.</i>	<i>Albertus II. Dux Carinthiæ 1335. 2. Maii. † 20. Julii 1358. Uxor Johanna Ulrici IV. Com. Feretenensis filia † 1353.</i>	<i>Otto Dux Carinthiæ cum fratre, 1335. 2. Maii. † 1339. 16. Februarii.</i>				
<i>Rudolfus IV. Dux Carinthiæ cum tribus fratribus 1358. † 1365. 27. Julii. Uxor Catharina Caroli IV. Imperatoris filia † 1373.</i>	<i>Fridericus III. Dux 1358. † 1362. 10. Decemb.</i>	<i>Albertus III. Dux 1358. cedit Carinthiam &c. Leopoldo circa 1379. † 1395. 29. Augusti. Uxor I. Elisabetha Caroli IV. filia, II. Beatrix Friderici IV. Burgg. Norimberg. filia.</i>	<i>Leopoldus III. Dux 1358. Soluus Dux Carin- thiæ 1379. Uxor Viridis, Bernabovis Mediol. Ducis filia. Leopoldus † 1386. 10. Junii.</i>	<i>Otto Dux Carinthiæ cum fratre, 1335. 2. Maii. † 1339. 16. Februarii. Uxor I. Elisabetha Stephani Bavar. Ducis fil. † 1312. II. Anna Johannis Regis Bohem. filia. † 1340.</i>		
<i>2. Albertus IV. natus 1377. † 1404. 25. Augusti. Uxor Johanna Alberti Ducis Bavariae filia.</i>	<i>Wilhelmus Dux Carinthiæ cum tribus fratribus 1386. Gubernium cedit Alberto III. Sed 1395. ipse gubernat. † 1406. 15. Julii. Uxor Johanna Caroli Regis Hungariæ filia.</i>	<i>Leopoldus Dux 1386. † 1411. 3. Junii. Uxor Catharina, filia Philippi Ducis Burgundi.</i>	<i>Ernestus Dux 1386. Soluus interiorem Au- striam obtinet 1406. 1414. Archidux Carinth. † 1424. 10. Junii. Uxor I. Margareta Bugi- slai V. Pomerani Duc. fil. II. Cimburgis, Ziemoviti Maffoviae Ducis filia.</i>	<i>Fridericus IV. Dux 1386. In divisione Tyro- lim &c. obtinet 1406. † 1439. Uxor I. Elisabetha Ruperti Cæf. filia. II. Anna Friderici Brunsvic. filia.</i>		
<i>Albertus V. (Imperator II.) fit 1438. Rex Hungariæ Bohemiæ & Romanorum. † 1439. 27. Octobris. Uxor Elisabetha Sigismundi Imperatoris filia, heres Hungariæ & Bohemiæ. † 1443.</i>	<i>Fridericus V. (Imperator III.) Dux Carinthiæ cum fratre, sub tutela Friderici Tyrolensis ab anno 1424. ad 1435. Rex Rom. electus 1452. Coronatus Imper. 1452. 18. Martii. † 1493. 19. Augusti, Viennæ sepultus. Uxor Eleonora, Eduardi Regis Lusitani filia. nupta 1452. † 1467.</i>	<i>Albertus VI. Dux cum fratre ab 1424. † 1463. 2. Decembris. Uxor Mathildis, Ludovici IV. Com. Palatinii Rheni filia.</i>	<i>Sigismundus † 1496.</i>			
<i>I. Philippus obiit ante Patrem anno 1506. 25. Septembris in Hispania. Uxor: Johanna Ferdinandi Catholici Regis Aragoniæ filia, & heres Hispaniarum. Philippus non fuit reipsa Dux Carinthiæ.</i>	<i>Carolus V. Dux I. Carinthiæ cum fratre ab 1519. Imp. Rom. elect. 1519. Cedit 1521. fratri Germanicas Provincias. Abdicat Imperium 1556. † 1558. 21. Septembris. Uxor: Isabella Emmanuelis Regis Lusitaniæ filia.</i>	<i>Ferdinandus Dux cum fratre ab 1519. Rex Romanorum 1531. Imperator 1556. † 1564. 25. Julii. Soluus Archidux Austriae terrarum fuit ab 1521. Uxor: Anna Soror Ludovici II. Regis Hungar. & Bohem. nupta 1521. † 1547.</i>	<i>Maria nupta Ludovico II. Regi Hungariæ & Bohemiæ, qui occisus est 1526. 29. Augusti.</i>			
<i>Maximilianus II. Imperator Romanorum 1564. † 1576. 12. Octobris. Uxor: Maria Caroli V. Imperatoris filia.</i>	<i>Ferdinandus, Tyrolim natus. † 1595.</i>	<i>Carolus 1564. Vivo Patre Austriae interioris Archidux. † 1590. 10. Julii. Uxor: Maria Alberti V. Ducis Bavariae filia.</i>	<i>Et aliae Proles.</i>			
<i>Rudolfus II. Imp. & Tutor Ferdinandi II. 1590.</i>	<i>Ernestus Tutor Ferdinandi II. ab 1590. ad 1592.</i>	<i>Maximilianus Tutor Ferdinandi II. ab 1592. ad 1596.</i>	<i>Ferdinandus II. Archidux sub tutela Patruelium ab 1590. ad 1596. † 1637. 15. Februarii. Uxor I. Maria Anna, Wilhelmi Ducis Bavariae filia. II. Eleonora, Vincentii Ducis Mantuae filia.</i>			
<i>3. Josephus Rex Rom. 1690. Imp. 1705. † 1711. 17. Aprilis. Uxor: Amalia, Johanniss Friderici Ducis Hannover. filia.</i>	<i>Ferdinandus III. natus 1608. 13. Julii. Rex Rom. 1636. Imperator 1637. simul Archi- dux Austriae & Carinthiæ. † 1657. 23. Martii. Uxor I: Maria Anna, Philippi III. Hispan. Regis filia. † 1646. II: Maria Leopoldina, Leopoldi Archiducis Tyrolensis filia. III: Eleonora, Caroli II. Mantuae Ducis filia.</i>	<i>Ferdinandus IV. Rex Rom. 1653. † 1654. 9. Julii. Leopoldus natus 1640. 9. Junii. Imperator 1658. 22. Julii. Clagenfurti 1660. 13. Septembris Carinthiam in fidem recipit. † 1705. 5. Maii. Uxor I. Margaretha Theresia, Philippi IV. Regis Hispan. filia. II. Claudia Felicitas, Archiducis Ferdinandii Tyrolensis filia. III. Eleonora Magdalena, Philippi Wilhelmi Palatini Neoburgensis filia.</i>	<i>Carolus VI. natus 1685. 1. Octobr. Imperator 1711. & Successor Josephi in Archiducatu. Clagenfurti 1728. 22. Augusti fidem a Carinthia jurata recipit. † Viennæ 1740. 20. Octobris. Uxor: Elisabetha Christina, Ludovici Rudolfi Ducis Brunsvicensis filia.</i>			
<i>Leopoldus 1716. 13. Aprilis na- tus: & † 4. Novembris.</i>	<i>Maria Theresia nata 1717. 13. Maii. Nupta Franciso Stephano Duci Lotharingo 1736. 15. Februarii. Imperator is fit 1745. 13. Septembris.</i>	<i>Maria Anna nata 1718.</i>				
<i>Maria Anna nata 1738. 6. Octobr.</i>	<i>Josephus nat. 1741. 13. Mart.</i>	<i>Carolus nat. 1745. 1. Febr.</i>	<i>Petrus Leopoldus nat. 1747. 5. Maij.</i>	<i>Ferdinandus Franciscus nat. 1754. 1. Junii.</i>	<i>Maximilianus nat. 1756. 8. Dec.</i>	<i>Et Filiæ septem aliae præter duas mortuas in tenella ætate.</i>

T A B V L A VIII

MARCHIONES MARCHÆ CARENTANÆ, DEIN STYRIÆ APPELLATÆ.

EX DIVERSIS FAMILIIS.

*Marquardus Comes in Muerzthal & Eppenstein.
forte Marchio.*

*Adalbero Comes in Muerzthal Marchio 1000.
Fit Dux Carinth. 1012. Exau&toratus 1035. † 1039.
Uxor: Brigida, Hermanni Suevi filia.*

(*Liupoldus Marchio forte*) *Marquardus Dux Carin-
thiae 1073.
Vide Tabulam III.*

Ab an. 1045. circiter ad 1062. *Godefridi Marchionis de Pettova
vel Puttina mentio fit.*
*Arnoldus Comes Lambacensis.
Uxor: Rigila Franconica.*

Godefridus Marchio circa 1045. & 1062.

*Wilhelmus Comes de Wimmar. † circa 1034.
Oda Uxor altera.*

*Wilhelmus Marchio Otto de Orlamunde Poppo Comes.
Turingiae † 1062. Marchio Turingiae. Uxor. N.
 + 1067.*

*Odalricus (Ulricus) Marchio Carinthia. † 1070.
Uxor: Sophia, Belæ I. Regis Hungariæ filia.*

*Poppo, Marchio. | Ulricus Comes. | Werigandus Comes.
Idem Starchand ab 1070. ad 1124. circiter.*

Filiæ II. & forte Filius vel Nepos Starchand Junior.

*Piligrinus de Hohenwarte Comes.
probabiliter Ortulphi filius.*

*Guntherus de Hohenwarte, Marchio circa Cilejam.
ab anno 1129. circiter, ad 1137. &c.*

EX STIRPE COMITVM, SEV MARCHIONVM DE STYRA.

Otakar I. ab anno 970. circiter, ad 991. circiter.

*Otakar II. Marchio de Styra
ab anno 991. ad an. circiter 1039,
quo † Romæ circa diem 5. Martii.*

*Adalbero *
Marchio forte.*

Attala de Styra.
Uxor Cadoldi de Helfenstein,
Mater Gebhardi Salisburg. Archiepiscopi.*

*Otakar III. (seu Ozio, vel Oezo)
ab anno 1039. circiter.
Clericos in Gærsten fundat 1082.
+ 1088. circiter.
Romæ mortuus & sepultus.
Uxor: Wilburgis.*

*Atha Abbatissa
in Traunkirchen.*

*Frowiza forte
Uxor Leopoldi (fortis)
Marchionis Austriae.*

*Otakar IV. Benedictinis confert, & firmat
Gærsten 1107. 1111. 1112.
† 1122. 28. Novembris sepultus in Gærsten.
Uxor: Elisabetha, Leopoldi pulchri Mar-
chionis Austriae filia. † 10. Octobr. (1114. circiter)*

*Leopoldus (fortis) fundat
an. 1128. Cistercium Runense.
+ 1129. 28. Octobris.
sepultus Runæ.
Uxor: Sophie, Henrici Nigri
Ducis Bavariæ filia :
Bertholdi III. Zæringensis Vidua.*

*Adalbero Comes in Enswald,
& Goiferwald.
circa 1088. &c.*

*Adalbero iste
Sator creditur
Dominorum de Styra,
de Starhemberg,
de Losenstein, &
de Græz.*

*Bernardus Comes
de Styra.
Uxor: Luitgardis Würtenbergia
fi Lazio fides.*

*Bernardus iste
Sator creditur
Dominorum de Pernegg.*

*Otakar V. (vel Oda) fundat Cartusiam in Seiz 1151.
Et Collegium Canonicorum Regul. Voravii 1163.
+ 1164. 31. Decembris in Hungaria.
Uxor: Chunegund, Diepoldi Marchionis de
Vohburg filia. † 21. Novembris.*

Elisabetha.

Margaretha.

*Otakar VI. natus 1163. 19. Augusti ex Marchione fit Dux Styriae 1180
Leopoldo Austriaco Styriam transcribit 1186. possidendam in casu obitus sine herede.
+ 1192. 8. Maii.
Uxor, vel Sponsa tribuitur a quibusdam: Chunegund, Leopoldi virtuosi
Ducis Austriae filia.*

